



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.  
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De  
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censbris.  
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

**Lessius, Leonardus**

**Lovanii, 1645**

Qvæstio Prima. De Conuenientia Incarnationis. In sex Articulos diuisa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

**2 Quæst. 1. De conuenientia Incarnationis. Art. 1. Dub. 1.**

**5** Aduerte tamen, nōmen *Incarnationis* estē con-  
Cōuenientissimum. Prīmō, quia Ioannis 1. vers. 14  
tissimē dicitur *Verbum caro factum est*: quod nihil est aliud  
tūcūtū In- quam Verbum Incarnatum. Vbi nomine carnis  
carnatio. iuxta phrasim Hebream, intelligitur torus ho-  
mo: sicuti Lucæ 3. vers. 6. Videbit omnis caro fa-  
lutare D̄i; id est, omnis homo. Genes. 6. vers. 12  
Omnis caro corruperat viam suam. De quo videt  
D. Augustinum in Enchiridio cap. 34. & lib. 14  
de Ciuit. cap. 2.

Secundò, Quia indicat id quod videbatur difficilius, & magis à Deo alienum; vnde magis insinuat pietatem & amorem Dei erga homines quam alia nomina: quare meritò 1. ad Timoth. 3. vers. 16. dicitur *Manifestè magnum esse pietatis Sacramentum, quod apparuit in carne.*

Tertio, Quia caro includit animam; non enim assumpsit carnem mortuam, sed viuam.

Porrò, nomen *Oeconomia*, quo etiam multi Patres in hac materiâ vtuntur, potius significat ipsam Dei extraordinariam ordinationem, & dispensationem, qua constituit assumere naturam humanam, & in eâ salutem nostrâ operari, quam ipsam Incarnationem. Sed Incarnatio est effectus illius Oeconomiæ; quam ob rem etiam interdum *Oeconomia* dicitur.

Ratio est, Quia Incarnatio est excellentissimum diuinorum operum, omni sermone ineffabilis, omnique intelligentia ignota; scilicet comprehensio; ut at Dionysius lib. de Diuinis Nominibus c. 2. Vnde post Trinitatis mysterium nihil sublimius Incarnatione Verbi.

Secundò, *Quia sicut diuinitas est vniuersalis causa salutis nostræ efficiens, ita Christus incarnatus est vniuersalis causa meritaria, ex qua omnia media, quibus ad ultimum finem peruenimus, dependent: ac proinde præstanter efficiunt tractatio, quam omnium mediorum.*

Hinc sequitur, Eam esse maxime propriam  
Theologiae Christianæ. Cuius signum est, quod licet gentiles Philosophi, multa de ijs, quæ ad alias Theologiae partes pertinent, disputauerint,  
ut de natura diuinâ, de creatione mundi, de Angelis, de virtutibus & vitijs, tamen nihil unquam de mysterio Incarnationis cognoscere potuerunt. Adeò illud proprium est Christianæ Theologiae. Quare Augustinus lib. 7. Confess. cap. 9. legisse quidem dicit se in libris Platoniorum: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, & omnia per ipsum facta sunt, nunquam tamen se legisse, & Verbum caro factum est. Similiâ habet Augustinus lib. 10. de Cruci. cap. 29. Nec mirum, quia gentibus hoc mysterium stultitia videbatur, sicut & Iudeis ignominia; vt Apostolus ait, 1. ad Corinth. 1. ver. 23.

DVBIUM IV

Vtrum hac Tractatio præstantior sit ceteris  
Theologia partibus?

**R**Espondeo, Esse præstantiorem, excepta eā  
quæ est de diuina natura, & personis diuinis.

# QVÆSTIO PRIMA

## De conuenientia Incarnationis.

ARTICVLVS L.

*Vtrum conueniens fuerit Deum  
incarnari?*

**R**espondetur affirmatiuè; Et Pro-  
batur testimonio Damasceni &  
Dionysij Areopagitæ.  
Notandum est, Supponere D.  
Thomam incarnationem esse pos-  
sibilem: fortè ideo quia id directè  
probari non poterat; sed solum poterant solui ar-  
gumenta contraria; quod fiet in sequentibus.

**Quod diuinæ bonitati conueniens sit,** *Incarnationis est conuens*  
Probatur; Quia boni est cōmunicare seipsum *ut docet Dionysius cap. 4. de Diuin. Nominib; nienti dini-*  
ergo decet summum bonum, summè communica-*na Bonita-*  
re seipsum: atqui hoc fit per mysterium In-*ti.*  
carnationis: ergo decuit diuinam bonitatem car-  
nem assumere. Vbi

Nota; Non esse de ratione boni, communicare se actu; sed esse sui communicatuum: id est, esse perfectum ut possit se communicare, & ad hoc habere quandam propensionem. Communicare autem se actu, est signum bonitatis, & operatio illi maximè consentanea.

Petes; Quomodo communicat seipsum sum-  
mè in hoc mysterio?

Respondeo: Tripliciter: Primo, In genere  
causae formalis: quia non aliquam perfectionem  
creatam & limitatam, sed suam increatam & im-  
mensam communicat creature, ita ut creatura in-  
cipiat esse immensa. Secundo, In genere causa*e*  
efficientis: quia creaturam facit esse Deum.  
Tertio, In genere causae finalis: quia maxime  
allicit nos, per hoc opus, ad sui amorem & stu-  
dium. Vide D. August. in Enchiridio cap. 26.  
& lib. 10. de Ciuit. cap. 29. Explicatur exemplo: *A similibus*  
Si lux solis esset per se subsistens extra globum  
solis, & poseret seipsum efficienter & formaliter  
in ipso

DVBIVM I.  
Virum seposita redēptione generis humāni,  
sit p̄fēcē conueniens Dēum incarnari id est.  
Virūm p̄ter redēptionem generis humāni,  
sint aliqua rationes, ob quas potuerit hoc esse  
conueniens?

**R**espondeo esse. Probatur, Quia id est conueniens Primo, diuine bonitati: secundo, perfectioni vniuersi: tertio, humanæ naturæ.

Quæst. i. De conuenientia Incarnationis. Att. i. Dub. i. 3

in ipso globo solari, communicaret seipsum summe per modum causæ efficientis & formalis simul; sed respectu nostri, per modum causa finalis; nam per hoc maximè excitaremur ad illam videndam, & amandam; maximè si antè fuisse incognita.

Aduerte; In alijs rebus, communicationem formalem & effectuam, nō esse respectu ciudem: nani forma subiecto quidem suo formaliter se communicat, non effectu; rei autem productæ, effectu tantum, non formaliter.

Dices, Deus communicat seipsum excellentiori modo per generationem eternam: ergo communicatio Incarnationis, non est summa.

Respondeo, Communicatio illa per generationem, est omnino naturalis, nec potest fieri creaturæ, vnde absolute est summa: sed communicatio per Incarnationem, summa est, non absolute, sed respectu creaturæ; & inter communications ad extra, seu liberas. Nam cum Deus communicet se creaturis quadrupliciter; Primo, Tribuendo cuique speciem & naturam, quæ est imitatio & quædam participatio naturalis diuini esse: Secundo, Tribuendo naturæ rationali virtutes supernaturales donaque gratuita, quæ sunt participations altiores diuinorum perfectiōnum: Tertio, Tribuendo naturæ rationali lumen gloriæ, quo particeps fit diuinæ beatitudinis, & ornamenta supernaturalia statu gloriose consentanea: Quartò denique, Dando illis non aliquam sui participationem & veluti particulam, sed seipsum totum, secundum totam suam immensitatem, quod fit per Incarnationem; hæc quarta, est summa communicatio possibilis.

Dices, Deus communicat seipsum totum immediate in beatitudine; quia per seipsum immediate mentibus beatorum vnitur: ergo ad summam communicationem non erat necessaria Incarnatio. Deinde, magis seipsum communicasset, si omnes persone allumpfissent; & si plures naturæ fuissent assumptæ; vel etiam totum vniuersum.

Respondeo ad primum: Communicatio illa, quæ Deus se communicat beatis, est extrinseca. Sicut lux solis, communicatur oculo dum videatur; ita Deus dicitur beatis communicari, quatenus ipse immediate videtur, & per seipsum concurrit ad illam visionem efficiendam. In Incarnatione autem Deus per seipsum intimè communicatur creaturæ, & in illa corporaliter inhabitat, ita ut creatura sit Deus.

Respondeo ad secundum. In illo casu communicasset se magis extensiù, non intensiù: atquæ extensiua communicatio, non est per se primò intenta, quia termino caret, sed intensiua: non enim pertinet per se primò ad perfectionem operum Dei, vt tot, vel tot sint individua; sed distinctio generum & specierum.

Addic, Quod non sit possibile, vt sit summa communicatio extensiua. Vnde sufficiebat, vt una persona assumeret unam naturam: quod etiā pertinet ad commendationem huius mysterij, nempe vt in toto vniuerso esset unicum & singulare.

Secundo, Quod conueniens sit perfectioni vniuersi;

Probatur Primò, Quia ad vniuersi perfectionem quodammodo pertinebat, vt ex omnibus rerum ordinibus constareret, quo Deo esset quam si-

millimū: ergo præter ordinem naturæ, gracie & gloria, consentaneum erat, vt tamquam omnium complementum, etiam esset ordo, sive gradus vniōnis hypostaticæ.

Probatur Secundo, In omnibus rebus creatis, una tantum persona est in yna natura, in Deo tres personæ sunt in yna natura: ergo vt essent omnes differentiae rerum, conueniens erat, vt una persona esset in duabus naturis. Simili namque modo, D. Leo serm. de Natuitate, probat conueniens fuisse, vt aliquis homo esset productus ex muliere sine viro; qui inuenitur homo productus sine viro & muliere; & productus ex viro & muliere, vt nos omnes; & productus ex viro sine muliere, vt Eua: ergo debet esse aliquis productus ex muliere sine viro, vt Christus.

Probatur Tertio, Quia per Incarnationem, *In Homine uniuersa creatura, assumpta*

omnis creatura singularem quandam dignitatem accepit: Nam omnis creatura in homine quo-*assumpta* dammodo est assumpta, quod in alia natura fieri est: non poterat: in homine enim omnes rerum gradus continentur; vt docet Damascen. lib. 2. de Fide orth. cap. 12. Est enim in ipso natura corporæ, communis cum rebus inanimis: est vegetabilis cum plantis, sentiens cum animalibus, intelligens cum Angelis. Vnde vocatur à Philosophis *μηχρόσομος*, & iuxta D. Gregorium hom. 29. in Euang. vocatur *omnis creatura*. Hanc excellētiam omnis creatura contentam in homine, explicat Irenæus lib. 3. contra heres cap. 18. Et Caecilius hic. Videretur etiam quibusdam insinuari ab Apostolo ad Ephesios 1. v. 10. vbi ait: *Per Christum instruatur omnia, quæ in celis, & quæ in terra sunt*. Vbi pro *instruatur*, *Græci* habetur *έργαζεται*, & *doceat*, quod significat, *in summa & cōpendio completi*, seu vt Irenæus ait *Recapitulare*. Quasi Apostolus voluerit dicere, in Christo omnia colligi & vniiri, quæ in celo & in terra dispersa sunt.

Tertio, Quod Incarnatio validè fuerit conueniens nature humana;

Probatur Primo, Quia per eam effectum est, vt homo esset Deus; vnde plurima sequuntur excellentie. Primo, Ut homo sit caput totius vniuersi. Secundo, Ut sit capax infiniti meriti & perfectissima justitia coram Deo. Tertio, Ut sit fons salutis, & omnium bonorum supernaturalium. Ad Ephes. 1. v. 3. *Qui benedixit nos, omni benedictione spirituali in celstib[us] in Christo*. Quæ dignitates, cuncte videantur esse filius Christi, tamen moraliter in totum genus humanum redundant.

Probatur Secundo, Per Incarnationem effectum est, vt singuli homines haberent ius perfectæ iustitiae ad gratiam Dei, & gloriam cælestem, non quidem in seipsum, sed in Christo. Ita enim debetur hominibus gratia & gloria, vt respectu Christi, sit debitum ex iustitia; quamvis respectu nostri sit gratia aut misericordia, vel saltem non ita perfecta iustitia.

Probatur Tertio, Effectum est, vt haberemus caput eiusdem generis nobiscum; seu vt Theologi loquuntur, *Caput homogenium in ordine gratia*. Vnde August. Tract. 80. in Ioannem: *Eiusdem ait, sunt naturæ viri & palmites: cum igitur esset Deus, cuius naturæ nos non sumus; factus est homo, vt in eo esset virüs humana natura, cuius nos palmites esse possemus*. Cū enim Ecclesia constet Angelis & hominibus, secundum naturam inuisibilem erat Deus,

A a ij similis

*Deus fecit  
communicat  
liberè  
creaturis  
quadruplere*

*Incarnationis  
superioris  
communicati  
onem  
beatorum.*

*Communi-  
catio exten-  
siva, non  
arguit ma-  
torem per-  
fessionem.*

*6  
Est conve-  
niens perfe-  
ctioni uni-  
versi*

4 Quæst. i. De conuenientia Incarnationis. Art. 1. Dub. 2.

similis Angelis, sed non nobis; vnde decebat eum assumere naturam visibilem, vt etiam fieret similis nobis, vt nostra humilitas, quæ est Angelis inferior, hac ratione compensetur.

Aduerte tamen; Etiam si ob has rationes conueniens videatur, vt Deus homo fieret, etiam seposita redēptione humani generis; tamen non deesse alias rationes ob quas etiam fortè magis conueniens videatur vt non fieret, nisi supposita necessitate nostræ redēptionis.

D V B I V M II,

Vtrum Deum incarnari, fuerit conne-  
niens ad reparationem gene-  
ris humani?

**S**uppono ob multas rationes fuisse magis conueniens, vt homo lapsus redinteretur, quā Angelus. Primo, Quia tota humana natura cederat; Angelica solum ex parte. Secundo, Quia omnes homines vñ tantum voluntate peccarunt, eaque alienā, nempe primi parentis; Angeli autem singuli, sua voluntate. Tertio, Quia natura humana est magis infirma & calamitosa, vnde magis apta ad mouendam Deo commiserationem. Quartò, Quia homo ob naturę imperfectionem habet voluntatem facilè mutabilem, & longam viam in qua posuit pœnitentie: Angelus autem naturā suā magis est inflexibilis, vnde non est ita facilis ad pœnitendum: deinde breuissimam naturā suā postulat viam. Quinto deinde, Quia Angelus sponte sua cecidit; homo autem inductus a dæmoni per mulierem. Omitto alias minutiōres. Quibus positis:

Respondeo, Ad reparationem humani generis, nullum potuisse inneniri modum conuenientiorem, quam Filii Dei Incarnationem.

Eft certa & communis Doctorum ac Patrum: D. Augustinus 13. de Trinit. cap. 10. exprefse dicit, Sananda miseria nostra conuenientiorem alium modum non fuisse. Idem docet D. Leo serm. 1. de Natiuit. item serm. 4. & 10.

Probatur Primo, Quia maximè fuit conueniens, vt homo redimeretur iustissima & perfectissima satisfactione. Primo, Quia in tali maximè eluet iustitia diuina; quod valde ad gloriam Dei pertinet, & ad perfectionem operum diuinorum? Nam sic, quod per peccatum inordinatum erat, excellentissimo modo ad ordinem retocatur. Excitantur etiam homines vt maiori circumflexione peccata deuident, cognita hac Dei iustitia: de quo vide Anselm. lib. Cur Deus homo cap. 12. Secundo, Maximè eluet misericordia Dei, vt docet Damascen. lib. 3. de Fide cap. 1. Quia non solum datur homini virtus & tempus pœnitendi & satisfaciendi; sed etiam dantur vires & infinita bona; quibus perfecte satisfiat. Facit quoque ad maiorem hominis dignitatem & gloriam, & ad maiorem animi tranquillitatem, vt ostendit Richard. de S. Victore libro de Incarnatione cap. 8. Tertio, Maximè eluet Sapientia: quia vt ait Damascen. lib. 3. de Fide cap. 1. Inuenta est difficultissima pretij decennissima solutio, & in eodem opere coniuncta est arctissima summa misericordia & iustitia, quæ antea pugnare volebantur, iuxta illud Psalm. 84. Misericordia & veritas obviauerunt sibi, Iustitia & Pax oscula late sunt. Atqui homo non poterat redimi iustissimā satisfactione, & perfectā iustitiā, nisi Deus hypostaticè vniretur humanae naturae, vel saltem naturae rationali; vt dicemus artic. sequenti: ergo hic fuit conuenientissimus modus.

Probatur Secundo, Per decem utilitates quas refert D. Thomas art. 2. Vide illum.

Dices; Deus maximè est liberalis: ergo magis consentaneum erat, vt liberali condonatione, fine aliquā satisfactione, genus humanum repararetur.

Respondeo, Negando Consequentiam. Primo, Quia eti debeat priuatam personam sine omnī satisfactione iniuriam remittere; non tamen id ita decet publicam; cuius est vindicare crimina, vt seruere iustitia. Secundo, Quia eti Deus sit maximè liberalis & misericors, non tamen est minus iustus; vnde conuenientissimum fuit, vt is modus adhiberetur, in quo summa liberalitas & iustitia coniungerentur. Vtus est enim summa liberalitate & misericordia erga nos; & summa iustitia erga Christum satisfacientem.

Dices Secundo, Videlur contra iustitiam, exige satisfactionem ab innocentem, & tradere il-  
lum morti pro impiō.

Respondeo, Non esse contra iustitiam, quan-  
do innocent in hoc consentit: confessisse au-  
tem Christum patet Psalm. 39. vers. 7. *Sacrificium & oblationem nolui, corpus autem apstoli mihi. Christo Holocaustum & pro peccato non possum, tunc dixi, iniuriosa. Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, ut faciem voluntatem tuam; Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. Quem locum Apostolus interpretatur de Christo ad Hebr. 10. Postquam autem Christus consenit, tenebatur ex iustitia per modum fideiussoris, pro nobis satisfacere.*

Accedit; Quod ista satisfactio, etiam ipsi Christo fuerit utilissima; vt patet ad Philip. 2. v. 9. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen.

Adde; Cum Deus sit absolutus omnium Dominus, potuisse cum disponere de Christi humilitate, pro suo arbitratu fine vllā iniuriā.

Dices Tertiō, Videri fuisse quandam prodigalitatem, dare rem infiniti pretij, pro bono finito alterius recuperando: id est, pro salute hominum, profundere vitam Christi.

Respondeo, Fructus huius mysterij, non si-  
stit in sola hominum salute; sed redundat in maximam Dei gloriam, & etiam ipsius Christi dignitatem. Et, quamvis vita Christi ob excellētiā persona fuerit infinita dignitatis; tamen non erat physice & realiter infinita. Deinde; ad breue solum tempus erat extinguenda, moxque cum summa gloria excitanda: hominum autem salus futura est sempiterna.

Adde; Ea quæ sunt perfectiora, sēpè à Deo ordinari ad opem, directionem, & perfectionem imperfectiorum. Sic Angelos ad hominum mi-  
sterium destinavit ad Hebr. 1. vers. 14.

In Incar-  
natione  
maximè  
reducet iu-  
stitia di-  
mina.

Misericor-  
dia.

Sapientia.

Non det-  
bar pecca-  
tum live.  
raliter &  
Deo con-  
donari.

D V B I V M

Quæst. II. De convenientia Incarnationis. Art. I. Dub. 3. §

D V B I V M. I I I.

*Virum ratione naturali probari posse myste-  
rium Incarnationis esse possibile?*

II Negatur. R Espondeo. Non posse conuinci demonstra-  
tum hoc mysterium esse possibile, ab ylo  
intellec̄to sive humano sive Angelico. Ita Dur-  
rand. & passim alij Doctores.

Ex Scri-  
ptura. Probatur Primo. Ex Scriptura: Isaiae 53. v. 8.  
Generationem eius quis enarrabit? Quod non solum de diuinâ generatione, sed etiâ de humâna, id est,  
de modo quo Deus factus est homo, & natu de Virgine, intelligitur à Patribus, ut Hieronymo & Cyrillo in hunc locum, Leone serm. 10. de Natiuitate. Chrysostomo hom. de Ioanne Baptista tom. 3. Isaiae 64. v. 4. Oculus non vidit Dens absque te, qua preparasti expectantibus te: quod intelligitur de mysterio Incarnationis, ut patet ex contextu Isaiae, & Apostoli 1. ad Corinth. 2. & insinuat nullo intellec̄to creato potuisse percipi sine reuelatione, ut recte ostendit Caietan, in hunc locum 1. Corinth. 2. Apostolus ad Ephes. 3. v. 9. vocat istud mysterium, sacramentum absconditum & seculis in Deo, & inuestigabiles diuinitas Christi. Et 1. Cor. 2. v. 7. Sapientiam loquuntur in mysterio, quâ nemo principum huic seculi cognovit: quod esse mysterium Incarnationis, passim omnes interpretantur.

Ex Patri-  
bus. Probatur Secundo, Ex Patribus: Dionys. de diuin, nominib. cap. 2. parte 1. Ipsa Iesu in carne apparito, & ineffabile est omni oratione, & ignota umui intelligentia; ipsi dignissimorum Angelorum priuari non cognita. Intellige comprehensiū, vel certe lumine naturali. Iustinus in lib. de rectâ fidei confessione: Dispensationis sive economia ratio, inexplicabilis est; nec est quod à me quisquam vniuers modum requirat. Postea tamen addit: Non tamen ideo ab inquisitione cessandum, ut non solum credamus, sed etiam, quantum Deus donaverit, intelligamus. Chrysost. hom. 10. in Ioan. Arcanum & inforatibili vniione, verbū adharet carni. Et hom. de Ioan. Bapt. Miraris quid ignoram quonodo Verbum caro factum sit? omnis creatura ignorat: intellige lumine naturali, nam statim subdit, Cognoscit diuinâ reuelatione. D. August. Epist. 3. quæ est ad Volusianum: Hic si ratio queritur, non erit mirabile; si exemplum poscit, non erit singulari, denuo Deum aliquid posse, quod nos faciemus inuestigari non posse: in talibus rebus tota ratio facti, est potest facientis.

Ex ratio-  
ne. Probatur Tertiò Ratione: Incarnatio est ma-  
ximum opus omnipotentis Dei possibile; quia in eo est maxima communicatio possibilis. Vnde à D. Leone serm. 8. de natuitate, dicitur *Onnium miraculorum maximum*. Atqui, nulla creatura potest comprehendere quidquid est Deo possibile; quia nec omnipotentiam Dei; nec potentiam obedientialiter omnium creaturarum potest penetrare seu comprehendere: ergo &c. Secundo, Quia hoc mysterium, non solum quatenus factum est, sed etiam quatenus possibile, est omnino supernaturale, nec ylo modo continetur in principijs, vel effectis rerum naturalium, nec ullam affinitatem habet in ijs, quæ in totâ rerum vniuersitate reperiuntur: ergo nulla est via hoc naturaliter inuestigandi.

12. Dices, Angelus cognoscit euidenter quid sit natura humana, quid eius hypostasis: ergo etiam cognoscit eam suâ hypostasi posse spoliari. Secundo, Cognoscit accidentis posse feruari sine suo sub-

iecto: ergo etiâ naturâ sine suâ hypostasi propriâ.

Respondeo ad primum; Incertum est an hy-  
postasis addat aliquid politiū supra naturam, an  
solam negationem existendi in alio: & sic negari  
potest Angelum naturaliter cognoscere naturam  
suâ hypostasi posse spoliari. Secundo, Etiamsi An-  
gelus posset cognoscere naturam à sua hypostasi  
esse separabilem, non tamen ideo cognoscit illam  
subsistentiam posse suppleri per rem omnino di-  
stinctam. Sicut quantitas non potest figurari for-  
maliter per figuram extrinsecan.

Ad secundum, Incertum est an Angelus possit  
cognoscere naturaliter accidentis à subiecto esse se-  
parabile; quia non est evidens, influxum causæ  
materialis suppleri posse per causam agentem. Ta-  
men etiâ hoc possit cognoscere, non ideo possit  
etiam cognoscere hoc mysterium; quia est longe  
sublimius: nam vim & conditionem diuinæ sub-  
sistenter non potest naturaliter cognoscere.

Dico. Secundo, Potest tamen ratio naturalis  
fide illustrata, exemplis & coniecturis probabili-  
ter persuadere istud mysterium esse possibile. Ita  
Durand. & alij.

Primo, Exemplo insitionis; sicut enim ramus  
arboris antequam inseratur, propriam subsistentiâ  
habet, dum insitus est, amittit propriâ, & accipit insitionis  
subsistentiam arboris, cui inseritur; adeo vt vna  
arbor dicatur pyrus & prunus: & id quod insitu  
est, potest exarescere, altero manente viridi: sic  
humana natura insita diuinâ, amittit propriâ sub-  
sistenter, & accipit diuinâ; adeo vt vna persona sit  
& Deus & homo; & humanitate exarescente per  
passionem, ac resuscitante per resurrectionem,  
diuinitas non est mutata. Ita D. Bonaventura &  
D. Thomas in 3. quest. I.

Secundo, Exemplo vnionis animæ spiritualis  
per se subsistentis in carne mortali; anima enim  
potest vniiri carni, etiâ maximo interuallo differt,  
camque vivificare suâ vitâ, & ad suam dignitatē carnem.  
attollere, vt sint vna persona: ergo & Verbum  
diuinum poterit se vniire natura humana, tribuere  
suam subsistentiam, & illam euhere ad dignita-  
tem diuinam, vt sint vnius Christus, idque sine  
imperfectione. Habet hoc exemplum Augustinus  
epistola ad Volusian. & Athanasius in Symbolo.

Tertiò, Exemplo ferri certantis, ybi inuola-  
biliter duæ integre substantie inter se vniuntur;  
& altera tribuit alteri quodammodo suum esse,  
nempe ignis suum lumen & calorem, nihil à ferro  
accipiens. Ita D. Basilius oratione in sanctam na-  
tuitatem. Et Damascenus lib. 3. de fide c. 5.

Quartò, Possunt etiam sumi coniecture ex alijs  
fidei mysterijs: Primo, Ex mysterio Trinitatis,  
ybi vna natura est in tribus personis; cur ergo etiâ  
tres naturæ, corpus scilicet, anima, & diuinitas nō  
possent esse in vna persona? cum facilius videatur  
plures naturas conuenire in vnâ hypostasi, quam  
plures hypostases in vnam simplicem naturam.  
Item sicut in Trinitate, vna persona non est alia;  
tamen ob essentiâ vnitatem, omnia attributa essen-  
tialia sunt communia; ita hic, etiâ vna natura non  
sit alia; tamen ob personæ vnitatem, cuiâ propria  
naturarū erunt communia per communicationem  
idiomatum: Vnde dicimus Deum natum esse ex  
MARIA Virgine, passum, mortuum, sepultum: Et hominem  
ipsum esse omnipotentem, creasse emma, &c. hanc si-  
militudinem explicat pulcherrime Bernar. serm. 3.  
de Vigilia Natiuit. & Damascenus lib. 3. c. 5.

A a iiij Secundo,

Naturâ ab  
hypostasi  
posse sepa-  
rari, non  
est Angelus  
naturaliter  
ut erit.  
dens.

## 6 Quæst. 1. De conuenientia Incarnationis. Art. 1. Dub. 4.

*Ex mysterio Eucharistie, & per se subsistere ergo etiam substantia, nempe humana natura poterit spoliari suo supposito, & constitui in alio. Item ergo subsistens per se, poterit in alio collocari, & ab eo sustentari, præfertim ab hypostasi diuinâ, quæ est infinita perfectionis in ratione hypostaticâ, habetque vim sustentandi infinitam: nam sustentare aliud, nullam dicit imperfectionem.*

Secundò, Ex mysterio Eucharistie, Vbi videmus accidens separatum esse à suo subiecto, & per se subsistere: ergo etiam substantia, nempe humana natura poterit spoliari suo supposito, & constitui in alio. Item ergo subsistens per se, poterit in alio collocari, & ab eo sustentari, præfertim ab hypostasi diuinâ, quæ est infinita perfectionis in ratione hypostaticâ, habetque vim sustentandi infinitam: nam sustentare aliud, nullam dicit imperfectionem.

Tertiò, Quia Deus est omnipotens, & creaturæ sua intimè præsens, tamquam vita, spiritus, & esse ipsius: cur ergo non posset eam sibi astrin gere & copulare, ita ut illam tamquam hypostasis sustentet; cum hoc nullam imperfectionem inuoluat?

### D V B I V M I V.

*Vtrum Incarnatio re ipsa sit facta, & quomodo id probari queat?*

*14 Varij errori res circa Incarnationem.*

N otandum est, Incarnationem negari ab omni generis infidelium: Ethnici enim dicunt esse impossibile, quorum argumenta suis locis soluentur; & quantum res patitur, ostendimus dubio 3. esse possibilem. Quod autem re ipsa sit facta, potest contra illos ex communibus fidei notis probari: de quibus dictum est 2. 2. qu. 1.

Iudei etiam negant illud esse præstitum: contra quos valent rationes illæ communis ex fidei notis; & præterea propria quædam, quibus ostendimus Messiam in lege promissum iam venisse, & esse verum Deum; ac propterea hoc mysterium esse revera præstitum.

Hæretici autem varios errores circa hoc mysterium habent. Quidam enim negant esse Deum, aut extitisse ante ortum ex virginie: vt Ebion, Cherintus, Paulus Samosatensis, Photinus, & alij. Contra quos sufficiunt ea quæ tractari solent in Tractatu de Trinitate; vbi ostenditur Verbum seu Christum esse Deum.

Alij errant circa Christi carnem: alij circa animam: alij circa personam; alij circa unione, quæ suis locis refutabuntur. Tantummodo supereft, vt ostendamus contra Iudaos primò; Messiam venisse: Secundò; ipsum esse Deum: ita enim probauerimus mysterium Incarnationis re ipsa esse præstitum.

Quod ad primum attinet, Messiam venisse, patet 1. Gen. 49. vers. 10. vbi Iacob benedicens filio suo Iude, ait: Non auferetur sceptrum de Iude, & dux de famore eius, donec veniat qui mittendum est, & ipse erit expeditio gentium. Qui locus est variè legatur, vt patet ex Hieronymo in Quæst. Hæbraicis, sensus tamen est idem: Hæbraicè est: Donec veniat Scilo, & ipsi congregabuntur omnes populi. Vbi per Scilo intelligitur Messias. Quod patet primò; quia dicitur Expeditio gentium, quod est proprium nomen Messiae: vt patet Aggæi 2. vers. 8. Veniet desideratus cunctis gentibus. Secundò, Quia Chaldaea paraphrasis verit, Donec veniat Messias, cuius est regnum. Tertiò, Quia ita intellexerunt hunc locum omnes antiqui Rabbini, teste Galatino lib. 4. cap. 4. de arcans Theologicæ veritatis. Itaque ex hoc testimonio aperte habemus principatum populi Iudaici non esse afferendum à Iude, donec Messias venerit; atqui

iam à mille sexcentis annis ablatus est, non solum à tribu Iude, sed etiam à toto populo Israëlitico: ergo certum est Messiam iam venisse.

Dices, Multis annis ante Christi aduentum fuisse ablatum principatum de Iude; nempe à temporibus Machabæorum, quo tempore tribus Levi principatum obtingebat; nam Sacerdotes etiam in politicis prærerant.

Respondeo Primo, Per Iudam intelligi populum Iudaicum; in quo populo principatus usque ad Christi aduentum fuit conservatus. Ita intellexi, Eusebius lib. 1. Histor. cap. 6. Et lib. 3. de porto Messiae. Euangelic. c. 2. Iustinus Dialog. contra Triphonem circa medium. August. lib. 18. de civitate, cap. 45. Idem insinuat Athanas. lib. de Incarnatione. Et Chrysost. in hunc locum.

Respondeo Secundò & melius, Per Iudam intelligi tribum Iude; nam ibi benedicit Iude filio suo & posteris eius, sicut alijs filii. Vnde dico sceptrum, id est, principatum, non esse ablatum de tribu Iude. Quia postquam capit in ea, quod factum est propriè tempore Davidis, semper manuit principatus ipsius tribus, quamvis non administraretur per aliquem qui propriè esset ex illa tribu, vt per Machabæos &c. Quod patet primo; Quia ciuitas regalis, & sedes regni, & totus ferè populus, ad eam tribum pertinebat; nam qui ex alijs tribubus illis erant permixti, pauci erant respectu ipsorum; ita ut nomen proprium alia illæ tribus amitterent.

Secundo; Quia in ditione tribus Iude, omnes habitabant.

Tertiò; Quia Scriptura 4. Reg. 17. vers. 18. totum populum Iudaicum qui post captiuitatem decem tribuum remansit, vocat tribum Iude; Iratusque, inquit, Dominus Israëli, absulit eos à conspectu suo, & non remansit nisi tribus Iude tantummodo, cum tamen etiam tribus Beniamin, & multi alijs qui ex alijs tribubus ad Iudam accederant, remanserint.

Quartò; Quia principatus electione populi illis temporibus dabatur, non autem iure hereditario, vt patet 1. Machab. c. 9. quod signum est fuisse ipsius populi. Vide Pererius in c. 49. Genet.

Probatur Secundò; Ex cap. 9. vers. 24. Danielis: Septuaginta hebdomades, inquit Angelus Danieli, abbreviate sunt super populum tuum, & super vibem sanctam tuam, ut consummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impletatur visio, & propheetia, & vngatur sanctus sanctorum. Quem locum omnes antiqui Rabbini exponunt de Messia; Et patet ex illis verbis: Et vngatur sanctus sanctorum, quod est proprium nomen Messiae. Et ex istis: Ut consummetur prævaricatio, & adducatur iustitia sempiterna, quod est officium Messiae. Et infra; Post hebdomadas sexaginta duas, occidetur Christus; & non erit eius populus, qui enim negaturus est. Aperte autem indicatur tempus aduentus eius per 72. hebdomadas. Pro quo notandum; hebdomadam in Scripturis tantum dupliciter accipi: primò; pro spatio septem dierum, vt Leuit. 25. v. 8. Numeratis septem hebdomadas annorum; & proximè sequens, qui erit quinquagesimus annus, erit Jubileus, qui erat annus remissionis.

*Probatur contra Iudaos,*

*Scilo.*

Quæst. 1. De conuenientia Incarnationis. Art. 1. Dub. 4.

7

remissionis. Certum est autem hebdomadas Danielis non esse hebdomadas dierum, quia sic eius propheta intra sesquiannum completa fuisset: ergo accipitur pro hebdomadibus seu septenarijs annorum. Figmentum autem est alter hebdomadas velle accipere, cum nullum fundamentum habeat in Scripturis. Septuaginta hebdomades efficiunt quadragesimam nonaginta annos, quos constat esse completos circa tempora Christi.

Petet, Quando incipiunt hæ hebdomades, & quomodo sunt computandæ?

Respondeo, Illas incipere Ab exitu sermonis, vt iterum adficitur Ierusalem, vt exprefse dicit Angelus cap. 9. vers. 25. Danielis; id est, ab eo tempore quo data est potestas rufus instaurandi Ierusalem; quam potestatem nusquam legimus datam nisi lib. 2. Esdræ cap. 2. vbi habemus anno vigesimo Artaxerxis datam esse facultatem Nehemias reædificandi Ierusalem, quam etiam tunc ædificataam esse & quidem in angustia temporis, vt dicitur apud Danielē, id est, breui tempore, & opugnântibus vicinis, pater lib. 2. Esdræ c. 4. & 6.

Itaque computandæ sunt à vigesimo anno Artaxerxis Longimani, qui fuit septimus Rex Persarum. Modus autem certissimus eas computandi, est per Olympiades, quæ certissimæ sunt apud omnes Scriptores, & plurimum conducent ad quæstiones sacras, teste Aug. lib. 2. de doctrinâ Christianâ c. 28. Est autem Olympias tempus quatuor annorum, post quod ludi olympici olim célébrimi in Græciâ instaurabantur. Cæpit autem Artaxerxes regnare olympiade septuaginta nonam, anno primo illius olympiadis, vt docet Eusebius in Chronicō, & alij. Vnde vigesimus annus regni eius, erat quartus annus olympiadis octogesima tercia. Quod etiam exprefse testatur Iulius Africanus exactus chronographus apud Hieronym. in cap. 9. Danielis. Ab hoc ergo anno olympiadis 83. inchoanda sunt hebdomades Danielis. Porro septuaginta hebdomades conficiunt annos 490. qui anni sunt lunares, nempe 354. dierum, minores nostris annis solaribus, vndecim diebus, & sex horis; vt ex multis auctoribus ostendit Pererius lib. 10. in Daniel. nempe ex Iulio Africano, Theodoro, Beda, Rupert. & alijs. Ideo enim scripturam dicere *septuaginta hebdomades abbreviata sunt*, id est, bræues constituta, & ad annos lunares contracta: Vnde 490. anni lunares, efficiunt solares annos 475. & medium, cum 23. diebus. Atqui 475. anni solares efficiunt 119. olympiades uno minus anno: ergo 70. hebdomades Danielis efficiunt 119. olympiades uno anno minus. Nnunc adde 119. olympiades ad 83. olympiades præcedentes, habebis 202. Olympiades. Ex quo perspicue sequitur hebdomades septuaginta Danielis fuisse completas olympiade 202. completæ: atqui Christus passus est olympiadis 202. anno quarto, vt patet ex Chronicō Eusebij, qui etiam id probat ex Phlegone ethnico authore qui scribat illo anno quarto olympiadis 202. contigisse memorabilem illam Ecclipsis solis, & terræ motum qui multas vrbes in Bithynia subvertit. Hæc autem erat ultima hebdomada, in qua omnia compleri debebant, quæ apud Danielē de Messia dicuntur. Quare cum hæc omnia videamus tunc in Christo impleta, & postea securam esse perpetuam vrbis & templi defolatiōnem, & totius Reipublicæ Iudaicæ euerſionem,

qua ibi secura prædicuntur, euidentis est ipsum esse Messiam.

Tertiò probari potest, ex c. 2. Isaiae, & Micheæ 4. in principio: Et eru in nouissimis diebus prepara-  
rus mons domus domini in vertice montium.

Ex varijs  
locis S.  
Scriptura.

Quartò, ex cap. 2. Habacuc v. 3. Quia adhuc vi-  
sus procul, & apparet in finem, & non mentitur: si  
moram fecerit, expecta illam, quia veniens veniet, & non  
tardabit.

Quintò ex cap. 2. Aggei v. 7. & 8. Adhuc vnam  
modicam est, & ego conuoueo celum, & terram, &  
mare, & aridam; & moueo omnes gentes, & venet  
desideratus cunctis gentibus, & implebo domum istam  
gloriæ, dicit Dominus exercituum.

Sextò, ex Malachia 3. in principio; Ecce ego  
mitto Angelum meum & preparabit viam ante faciem  
meam, & statim veniet ad templum suum dominator  
quem vos queritis, & Angelus testamenti, quem vos  
vultis. Quæ loca diligentissime expendit Franciscus  
Ribera. Ex his & similibus prophetijs factum  
est, vt Iudæi tempore Christi Messiam expecta-  
rent, quia sciebant tempus iam appetere, quod di-  
uinis oraculis indicabatur. In eo totus penè orbis  
plenus erat famâ venturi maximi Regis, qui om-  
nia imperio suo subiugaret, & quem omnes Re-  
gē agnoscere deberent, si salvi esse vellent. Patet  
hoc ex Cicerone tum alibi, tum libro 2. de Di-  
uinatione. Et ex Suetonio in Tito & Vespafiano.

Vtliim efficacissime probari potest ex illu-  
strissimis notis Mesiæ, prædictis vel adumbratis  
in veteri Testamento, & impletis in novo. Quid-  
quid enim apud Euangelistas legimus de Christo,  
multis scilicet antea prædictum ostendere possumus  
a Prophetis; & pleraque ita clara, vt non  
prophetia, sed historica narratio videatur, vt fu-  
turum Deum & hominem, & cum hominibus  
versaturum. Baruch. 3. & Isaiae 35. Generatum  
iri ex Virgine incorruptâ, Isaiae 7. Nasciturum in  
Bethleem. Micheæ 5. Tempus nativitatis, Genes. 49. & Daniel. 9. Habitum Præcursorum,  
Isaiae 40. Malachia 3. Quid & quibus prædicatu-  
ris, Isaiae 61. Quæ miracula editurus, Isaiae 35. Ingressum Ierusalem paupere habitu Asine in-  
sidente, summa populi gratulatione, Zacharie 1.  
Quæ vero ad Pascham & mortem, omnique  
circumstantias pertinent, accuratè prædicta à  
Dauide & Isaia alijisque: Descensus ad inferos, &  
Patrum liberatio Eccl. 24. & Zachar. 9. Refur-  
rectio Psal. 3. & 15. & alibi. Ascensio Psalm. 67.  
& Micheæ 2. Denique missio Spiritus sancti, mis-  
sio Discipulorum in totum mundum, Gentium  
vocatio & conuersio; Iudeorum reiectione & dis-  
persio: de quibus vide Pererium lib. 10. in Dan.  
quæst. 14. & 23. Quæ si omnia simul consideren-  
tur, plusquam moraliter euidentia faciunt, non so-  
lum Messiam venisse, sed etiam Christum esse  
Messiam, & nullum alium expectandum.

Vnde quidam Iudæi euidentia Scripturarum  
conuicti, admittunt Messiam venisse, sed humili-  
lem & pauperem; expectant tamen alium illu-  
strem: distinguunt enim duos Messias, vnum fi-  
lium Ephraim seu Joseph, cui competant ea, quæ  
de Christi humilitate & cruce Scripturæ com-  
memorant: alterum filium Dauid, cui ea quæ de  
Christi maiestate & gloria sunt prædicta. Vide  
Genebrard. in Psal. 79.

Quod ad secundum attinet, breuiter ostende-  
mus Messiam esse verum Deum.

Duplex  
Iudaorum  
Messias.

Messias  
est verum  
Deus.

A a iiiij Proba-

Incipit  
à redi-  
cione  
Hierosolæ.

Computa-  
di pri  
Olympia-  
dæ.

Pilegen.

## 8 Qu. i. De conuenientia Incarnationis. A. i. Dub. 4. A. 2. Dub. 1.

**Ex Isaiae.** Probatur Primò, Ex cap. 35. v. 4. & 5. Isaiae: Deus ipse veniet & saluabit nos; tunc aperientur oculi eorum, & aves sordorum patibunt. Quo loco esse sermonem de Messia, patet; quia nemo Prophetarum illa miracula, que ibi recententur perficit, præter verum Messiam: neque Iudei ab alio illa expectant. Vnde Dominus ut scipsum ostenderet esse Messiam, interroganti Ioanni per discipulos suos, Tu quis es? Respondit: Ne & renuniate Ioanni: Ceci vident, Claudi ambulant, Sardi audiunt &c. insinuans hunc locum Isaiae, tamquam certissimam Messie notam. Vide plura apud Athanasium libro de Incarnatione Verbi, ultra medium. Cyprian. lib. 2. testimoniorum contra Iudeos cap. 7. Euseb. lib. 6. de Demonstrat. cap. 21: & alios.

**El.** Probatur Secundò, Isaiae cap. 9. v. 6. Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Et factus est principatus eius super humerum eius, id est, erit Rex; & vocabitur nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis. Qui locus etiam efficax est. Nam est in Hebreo, pro Deus sit, El, quod etiam interdum idem significat quod Fortis; tamen hic non potest ita accipi, quia sequitur Gibbor, quod est Fortis; unde hic significat vere Deum: sicut Isaiae c. 10. v. 21. quando dicit reliquias Israël conuertendas ad Deum Fortem, ibi etiam est El Gibbor.

**Gibbor.** Probatur Tertiò, Ex Isaiae cap. 52. verf. 6. Propter hoc scierit populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse qui loquebar: ecce adsum; id est, adero præfens, more Prophetico. Vbi certum est loqui verum Deum, nam vocat Israël, populū suum. Hunc autem Deum esse Messiam; patet, quia toto illo capite narratur fructus aduentus eius. Neque potest exponi ipsum adfuturum metaphoricè, scilicet per efficaciam sue energiam; quia dicit seipsum adfuturum, qui ante loquebatur per Prophetas; & per se redempturum populū suum.

**Ex Michæla.** Probatur Quartò, Ex Michæla cap. 5. verf. 2. Tu Bethlehem Ephrata, parvulus es in milibus India, ex te milii egredierunt qui sit Dominator in Israël: & egressus eius a diebus aeternitatis. Vide plura apud Euseb. lib. 5. de Demonstr. Euangelicā. Et Basil. lib. 4. contra Eunom. Chrysost. hom. Quod Christus sit Deus. Augustinum lib. 18. de Ciuitate ad cap. 29. usque ad 35. & Lyranum contra Iudaos in fine Glossæ ordinarie.

**21  
4. errores  
Iudeorum  
circa Messiam.** Objectiones Iudeorum facile dissoluuntur, si quatuor errores ipsorum in exponendis Scripturis, considerentur. Primus est, quod existimat imperium Messiae, de quo Isaiae 2. & Michæla 4. & alibi, temporale futurum. Secundus, quod omnes promissiones, quas Messia aduentu nos consecuturos esse Scriptura commemorat, vt Deuteronom. 30. Ezechiel. 38. Ioel. 3. & alibi; existimat esse terrenas. De quo vide Origenem lib. 4. *περὶ πατρῶν*. cap. 2. Tertius, quod multa metaphorice dicta, volunt proprie accipi; vt, *Habitabit lupus cum agno*, Isaiae c. 11. v. 6. Quartus, quod non distinguit duplēcē Messie aduentū, alterum humilem, de quo plurima in Scripturis: alterum gloriōsum, de quo Malachij ultimo, & Ezechiel. 38. Vide Ireneum lib. 4. c. 56. Quibus erroribus ita sunt impliciti, vt nullam proprie Scripturæ partem recte intelligent. quod sit, vt ab eorum expositionibus diligentissime sit cauendum.

## ARTICVLVS II.

Vtrum necessarium fuerit ad reparationem generis humani Verbum Incarnari?

**R** Espondet D. Thomas non fuisse ita necessarium, vt sine eo non posset genus humanum reparari; fuisse tamen necessarium, vt melius & conuenientius repararetur.

## DVBIVM I.

Vtrum Incarnatio Verbi absolute necessaria ad humani generis redemtionem?

**R** Espondeo; non fuisse absolute necessariam. 23 Est certa. Ita Doctores in 3. d. 20. & ex profese D. Augustinus de agone Christiano c. 11. & lib. 13. de Trinit. c. 10.

Probatur Primò, Quia potuit alijs multis modis hominem reparare, cum eius sapientia & potestitia, non sint contraria ad unum modum. Modi qui possunt hominem reparare, lapsum hominem remittere, Nam primò, potuit gratis remittere omnem culpam & penam: cum enim sit supremus Iudex, potest in exequendâ iustitiâ, & vindicandis peccatis dispensare; & cum sit absolutus omnium Dominus, nemini faciet iniuriam: neque idcirco laetet iustitiam; quia non obligatur vt iustitiam exerceat. Confirmatur. Sicut enim vniuersisque potest donare quod suum est, ita etiam condonare & remittere quod sibi debitum, absque iustitiam noxiam; Ut recte Durand. dist. 20. q. 2.

Secundo; Potuit constituire unum caput humani generis, quod non sit Deus; sed purus homo, vel Angelus; & acceptare eius qualemcumque satisfactionem. Sicut enim positiva Dei ordinatione, omnium voluntates in Adamo constituta fuerunt ad demerendum (non tamen eo fine) ita etiam constitui poterant ad satisfactionem, vt eius penitentia toti humano generi imputaretur, & ad omnium reconciliationem acceptaretur.

Tertiò; Posset, non constituto aliquo capite, à singulis hominibus exigere eam satisfactionem, quam ipsi possent praestare per gratiam preuenientem, ipsis ex misericordia concessam; vt iam de facto à peccatoribus.

Sed contra, Objicitur Primò, ex commentario Ambrosij in c. 9. ad Hebreos in illud verf. 15. Et ideo noui testamenti mediator est. Vbi dicitur, tantum fuisse nostrum peccatum, vt saluari non possemus, nisi Unigenitus Dei Filius moreretur. Similia habet D. Leo, Epist. 8. & Anselm. lib. 1. Cur Deus homo cap. 24. & 25. & l. 2. c. 15. 16. & 18.

Respondeo; Isti Patres dicunt fuisse necessarium non absolute, sed suppositâ diuinâ ordinatione & scripturarum promissione; vel certè vt modo conuenientissimo fieret nostra redemptio.

Objicitur Secundo, Incarnatio Dei, erat modulus conuenientissimus ad reparationem generis humani, vt dictum est supra: atqui Deus, cum vult aliquid facere, necessariò vult id, quod est conuenientissimum: ergo si volebat nos reparare,

Quæst. I. De conuenientia Incarnationis. Art. 2. Dub. 2.

9

parare, debet necessariò id facere per Incarnationem.

**D**eus non agit necesse fari id omne, quod est conuenientissimum. Respondeo Negando Minorem, Deus enim non necessariò operatur id, quod in se, aut rebus creatis, aut etiam eius bonitati est conuenientissimum. Quod patet, quia conuenientissimum fuit facere mundum, & in eo homines & Angelos, & hos ad suæ gloriae communionem destinare; nihilominus poterat hæc non facere. Ratio est; tum, quia Deus extra se, nihil necessariò vult; tum, quia potest quibusvis medijs idoneis ad finem sibi propositum ut pro suâ libertate. Facit tamè semper id quod est conuenientissimum, non absolute, sed ad finem propositum, & iuxta modum & mensuram præstitutum. Nihil tamen necessariò facit, quia plura sunt media ad eundem finem; vel certè potest iuxta alium modum & finem operari. Nec obstat quod dicit August. lib. 3. de libero arbitrio cap. 5. Quidquid tibi verâ ratione melius occurrit, scias fecisse Deum, tamquam bonorum omnium conditorem: Loquitur enim Augustinus de speciebus rerum naturalium, pertinentibus ad huius uniuersi complementum, carumque naturalibus conditionibus: nullam enim speciem rerum prætermisit, & ita vnamquamque in suo gradu fecit, ut melior perfectiorve fieri in conditionibus naturalibus nequeat. Agit enim contra eos, qui dicebant animas quæ peccant, non debuisse fieri; vel certè non sic, ut possent peccare.

D V B I V M. II.

*Virum ad redimendum hominem satisfactione perfecta Iustitia, fuerit Incarnatio Dei necessaria?*

26

R. Respondeo; Ad hunc finem fuisse adeo necessarium Deum hypostaticè rationali creature viri, ut nullum aliud medium, per potentiam Dei absolutam fuerit possibile. Dico, creature rationali, quia simpliciter non erat necessarium viri humanæ naturæ; potuisset enim assumere Angelicam, & per illam nos redimere. Conuenientissimum tamen fuit vt viriretur humanae, ob rationes quas hic adferit S. Thomas. Et, ut idem qui offendit, etiam satisfaceret. Est certa & communis Doctorum, partim in 3. dist. 20. partim in 4. dist. 25. Alexander Halensis 3. p. qu. 17. membro 3. & 5. Guil. Altiiodorensis 3. parte Summae Tract. 1. cap. 8. Anselmus locis supra citatis.

**N**ulla pura creatura potest perficere satisfactionem Deo pro peccatis hominum; Deus autem hypostaticè viritus creature rationali, poterat perfectè satisfacere: ergo ad perfectè satisfaciendum pro peccatis, necessarium erat vt Deus creaturam rationalem assumeret. Patet consequentia; quia nullus alias modis restat: Satisfactionem enim fieri debet, vel à puro Deo; vel à pura creatura; vel à Deo unito hypostaticè creature: atqui non potest fieri à puro Deo, vt per se patet. Sed neque à pura creatura, quod

Probatur ex Patribus, breuiter tamen quia hac de re copiosius qu. 19. vbi de meritis & satisfactionibus Christi agemus. Irenaeus lib. 3. contra heres cap. 20. Nisi, inquit, homo conuictus fuisse Deo nostro, non potuisset participes fieri in-

corruptibilitatis. Athanaf. lib. de Incarn. verbi ante medium: Cum enim Pater sit Verbum, & supra omnes; merito etiam solus omnes recuperare potuit; & sicut idoneus fuit, qui pro omnibus pateretur, at apud Patrem intercederet. Basilius in illud Psalm. 48. Frater non Basilius. redimit, redimet homo: Non, inquit, homo nudus redimet, sed homo Iesus Christus, quia nullus alius dignum pretium adferre potens erat. D. Leo serm. 1. de Nativitate. Nisi enim esset Deus verus, non adferret remedium: & nisi esset homo verus, non præberet exemplum. Et serm. 4. Hoc autem (seilicet descendere ad humana) nisi facere dignaretur omnipotens, nulla quenquam species iustitiae, nulla forma sapientiae, à captiuitate diaboli, & à profundo aetere mortis erueret. S. Agapetus epist. ad Anthimum de duabus naturis in Christo, habetur 2. tom. Concil. Quæ reconciliatio esse posset, qua humano generi propriaeatur Deus, si hominis causam, mediator Dei & huminum, non suscepit et?

Probatur Secundò Ratione. Pro quo Notandum: Pasim à Doctoribus requiri quatuor conditiones ad satisfactionem perfectæ iustitiae. Prima est, vt in ea sit æqualitas; nempe vt tantum restituatur sue honoris sue pecunia, quantum establatum. Secunda, vt fiat ex bonis proprijs satisfacentis: id est, quia pleno iure sunt ipsius satisfacentis, ita vt non pendeant assidue ex gratiâ creditoris, cui satisfacit. Tertia, vt fiat ex indebitis; id est, quæ alio titulo, saltem iustitiae, ei non debentur. Quarta, vt sit quodammodo ad alterum; quia nemo sibi ipsi proprij satisfacit, nisi diuersas personas subeat. De his plura in Quæstione de Merito.

Quarta conditio reperitur quidem satis manifeste in satisfactione creature erga Deum, quia est sufficiens inter eos distinctio. Tertia etiam utcumque reperitur; quia etiæ creature opus satisfactorium, & alia omnia, possunt Deo debere titulum gratitudinis vel obedientiæ; tamen hi tituli non repugnant satisfactioni iustitiae: possunt enim meo creditori soluere debitum iustitiae, dando ei id quod debeo, etiam causa gratitudinis, vel ex misericordia, vel ex præcepto Principis, modo non debeam id alio titulo iustitiae. V.g. Si debeo titulo mutui, non possum satisfacere pro eo quod debeo titulo danni illati; hi enim sunt distincti tituli iustitiae, qui necessariò diuersas solutiones exigunt. Sed potissimum deficit prima & secunda conditio in satisfactione creature ad Deum.

Probatur de primâ conditione: Si pura creatura posset satisfacere Deo, ea esset vel ipsamet quæ cecidit, vel alia. Non ea quæ cecidit, nam hac est inimica; ac proinde omnia illius opera coram Deo, nullius sunt pretij, donec in gratiam redeat; quod suis viribus non potest: ergo &c. Nec etiam illa, quæ non cecidit; v.g. homo, vel Angelus de novo creatus: quia hic esset vel sine gratiâ, vel cum gratiâ; si sine gratiâ, nullo modo posset satisfacere Deo pro peccato, tum ob alias causas, tum quia peccatum auertit à Deo, non solum ut est finis naturalis; sed &, ut est finis supernaturalis: atqui pura creatura sine gratiâ, non potest seipsum ad Deum, ut finem supernaturalem convertere, multoque minus poterit aliam creaturam convertere: ergo semper illa auersio remaneret. Quod si esset ornatus gratiâ, posset aliquo modo imperfectè satisfacere, vt docet D. Thomas ad 2. Opera enim eius haberet quandom infi-

*Agapetus*  
Quatuor  
conditiones  
ad satisfactionem  
perfectæ  
iustitiae.

*Satisfactio  
creature,  
non esset  
ab æquali.*

10 Quæst. 1. De conuenientia Incarnationis. Art. 2. Dub. 2.

dam infinitatem dignitatis; tum ratione obiecti, quod est Deus ut bonum supernaturale; tum ratione principij ad illa mouentis, quod est Spiritus sanctus; unde non essent omnino incepta, ut à Deo acceptarentur in satisfactionem pro genere humano: tamen essent omnino insufficientia ad iustum & æqualem satisfactionem.

29  
Grauitas  
offensionis  
erescit ex  
dignitate  
personæ  
offensa.

Ratio est, Quia malitia offensionis diuinæ, incomparabiliter est maior; quam bonitas satisfactionis creature: nam grauitas offensionis crescit ex dignitate personæ offendæ; quia offensio eo est grauior, quod persona offensa est dignior; Sicut contumelia in Regem, grauior est quam in Comitem: atqui Deus est infinitæ dignitatis: ergo eius iniuria confert infinita. Satisfactionis autem vis & estimatio erescit ex dignitate personæ satisfaciens; honor enim est in honorante: atqui persona satisfaciens, etiæ gratiam habeat, est infinita dignitatis, distans infinitè à dignitate Dei: ergo eius satisfactionis, non est commensæ & æqualis iniuria: sed ut sit æqualis; necesse est ut persona satisfaciens sit simpliciter infinitæ dignitatis, sicut persona offensa; nempe ut estimatio satisfactionis, tantundem possit crescere ex persona satisfaciente, quantum crescat grauitas offensionis, ex persona offendæ. Confirmatur; Quia per offensionem & contumeliam destruitur quodammodo dignitas personæ, & si non re ipsa, tamen affectu peccantis: per honorem autem eiusdem, non similiter reparatur; honor enim debitus est excellentiæ diuinæ, unde nihil illi noui præstat, sed id, quod ipsius est, & ipsi debetur: contumelia autem penitus repugnat ipsius dignitati; nam ipsa iam existentem lœdit & quodammodo perimit. Quod patet hominum exemplo: Si enim Regem contumeliam afficias, non satisfacies, eum simili modo honorando; principes enim parui faciunt quod à subditis honorentur, sed contumeliam ferunt indignissimè.

30  
In peccato  
Adæ, est  
duplex in-  
finitudo.

Hinc sequitur, quod duplex sit infinitudo in peccato Adæ: scilicet, Intensua seu potius obiectiva; & extensua, quatenus nocet toti posteritati humana. Hec prior, est causa cur non possit à creatura compensari per æqualem satisfactionem: extensua enim potest compensari, ut si Deus purum hominem constitueret caput humani generis, & in eius arbitrio omnium hominum voluntates colligeret, sicut fecit in Adamo; tunc illius satisfactionis ad infinitos homines posset extendi.

31  
Ista satis-  
factionis non  
est ex  
proprijs.

Probatur quo ad secundam conditionem, quod satisfactionis Creatura non possit esse omnino ex proprijs: Nam pura creatura nihil potest habere its proprium, quin illud assidue pendeat ex gratuitato dono Dei: vnde non potest solvere nisi interueniente assidue gratiam. Nam opus quo satisfacit, penderet assidue ex dono gratiae; & cooperatione Dei gratiarum, ipsi persona creata indebita: secus est in Christo Domino.

32

Dices, peccatum non habet malitiam verè infinitam: ergo poterit compensari per aliquod opus infinitæ dignitatis & estimationis. Patet consequentia; quia omni finito potest dari æquale. Antecedens probatur, nam bonitas actus qua priuat peccatum, est omnino finita: ergo & ipsum peccatum; quod nihil est aliud, quam priuatione illius bonitatis. Deinde, sicuti peccatum dicitur habere malitiam infinitam, impropriæ videlicet

ratione obiecti infiniti, à quo auerterit; ita actus charitatis habet bonitatem infinitam, quia conuertit ad bonum infinitum. Ob hoc argumentum Scotus in 3. dist. 20. concedit puram creaturam Deo posse satisfacere ad æqualitatem pro aliquo alio; non tamen pro toto genere humano, nec omnino ex proprijs. Cui videtur assentiri Caetanus hoc loco. Et Ferrariensis lib. 4. contra Gentes in cap. 54. & inclinat Sotus in 4. dist. 19. quæst. 1. art. 2. ad 1. Sed hæc sententia est omnino falsa, ut communior opinio Doctorum tenet in 3. dist. 20. & in 4. dist. 15. ut alibi ostendimus. Vnde.

Respondeo ad argumentum, Etsi malitia peccati physice non sit infinita, tamquam immediata peccati est priuatio infiniti boni; tamen estimatione moralis comparativa est infinita, non absolute, sed comparatiuè; ita nra. vt, nullo bono finito possit compensari. Cuius signum est, tum pena damni, quæ est priuatio boni simpliciter infiniti; tum pena sensus, quæ est durationis infinita; sicut & pena damni: quas penas peccatum meretur secundum rigorem iustitiae: tum quod Deus oderit plus unum peccatum mortiferum, quam amet omnia bona opera iustorum. Patet. Etsi enim quis omnia bona opera omnium electorum fecisset, si tamen postea vel unum peccatum mortiferum committeret; Deus omnia illa nihil penderet præ isto malo: unde magis illi displiceret, quam omnia bona opera placuerint. Patet Ezech. 18. vers. 24. Si auerterit se iustitia à iustitia sua, & fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes, quas operari solet impius, numquid vivet? omnes iustitia eius, quas fecerat, non recordabuntur.

De hac re vide lib. 13. de Perfect. Divinis cap. 26. vbi explicatur in quo constat malitia peccati, & quomodo meretur penam infinitam ipsaque peccati malitia sit infinita comparativa.

Instabis: Homine faciente penitentiam, Deus non recordatur peccatorum, ut ibidem dicitur: Efficacia penitentie, est ex passione Christi.

Respondeo Negando Consequentiam: Quia hoc sit ratione meritorum Christi, quorum homo sit particeps per penitentiam; non quod penitentia per se pluris sit. Ratio est quam ante diximus: Quia grauitas peccati, ut offensio est, accipitur potissimum ex dignitate offensi: estimatio autem satisfactionis, ut talis, potissimum ex eo, qui satisfacit; vnde si hic non sit dignitas infinitæ, satisfactionis eius non potest offensioni diuinæ exequari.

Ad Probationem antecedentis num. 32. factam, Respondeo: Peccatum non tantum priuat boni- 34. etiæ peccatae actui intrinsecæ atque morali; sed etiam quodammodo bonitate diuinæ, quatenus eam, quantum in se est, perimit ac tollit; & ideo habet non tamen quandam infinitatem. Hinc tamen non efficitur, sunt que omnia peccata esse paria, ut volebat Iouianus, grauita quia in illa infinitate, sunt varij gradus: nam non est in finitas simpliciter, sed comparatiuè; nempe unianum respectu sue estimatione bonorum creatorum; quo modo homo infinitis brutis est prestantior; peccatum enim in ratione mali, est altioris ordinis, quæm opera bona in ratione boni & meriti: nam peccatum habet rationem summi mali. Ex his manet probata prior propositio nostra rationis num. 26. allata, scilicet nullam puram creaturam posse satisfacere secundum peccatum iustitiam pro peccatis generis humani.

Sequitur

Quæst. 1. De conuenientia Incarnationis. Art. 2. Dub. 2. A. 3. 11

Christus  
perfec  
tatis fecit  
pro homine  
lapsos.

35

Sequitur nunc altera propositio probanda, nempe Deum hypostaticè vnitum creaturæ rationali, potuisse secundum exactam iustitiam satisfacere.

Probatur Primò ex Patribus, ad priorem propositionem num. 26. allatis; & ex Doctoribus, qui ferè omnes ita sentiunt in 3. dist. 20. & in 4. dist. 15. docet hoc etiam Ioan. Driedo lib. de captiuitate & redemptione generis humani, tract. 2. cap. 2. §. 4. Andreas Vega. lib. 7. in Concil. Trident. c. 8. Dominicus Soto lib. 3. de natura & gratia cap. 6.

Probatur Secundò ratione: In Christo enim erat tanta dignitas, quanta in Deo offenso; & res oblata in satisfactionem, erat infiniti pretij. Imò, maior erat honor, qui exhibebatur Deo per Christum; quam in honore & iniuria illata omnium hominum peccatis. Vnde etiam Deo erat gravior, quam omni peccata sint illi inuisa. Satisfecit etiā ex proprijs & alijs indebitis: ergo satisfactione erat secundum leges exacta iustitia.

Dices Primò, Christi actiones erant creatæ, & proinde finita perfectionis: ergo non erant infiniti pretij, vt possent ad equalitatem innumeris hominum peccatis rependi. Ob hoc argumentum Scotus in 3. dist. 19. & 20. putat Christi actiones non fuisse ex se sufficientes hominum peccatis exhausti; sed solum ex acceptatione diuinâ hanc vim habuisse. Verum hoc omnino falsum esse ostendemus infra quæst. 19. tract. de merito Christi. Vnde Respondeo: Etsi erant finita perfectionis in ratione entis, & actionis perfectionisque realis; tamen erant infiniti in ratione meriti & satisfactionis; idque ratione personæ operantis. Nam ratio meriti & satisfactionis, est mortale quiddam, non realis conditio operis.

Dices Secundò; Christus alijs titulis debebat omnia sua opera, nempe titulo gratitudinis pro beneficijs à Deo acceptis: ergo tertia conditio debeat. Ob hoc argumentum Durand. in 3. dist. 20. quæst. 2. & in 4. dist. 15. quæst. 1. putat Christi opera, non fuisse sufficientia ex se, ad redimenda omnia peccata; sed solum ex acceptatione diuinâ in quo consentit cum Scoto, quamvis alio fundamento nitatur. Ratio Durandi est. Quia, inquit, non poterat Christus satisfacere pro beneficijs acceptis, maximè pro gratiâ vniuersitatis; ac proinde non supererat illi quidquā, quod posset pro hominum peccatis expendere, nisi Deus ex misericordiâ acceptasset. Sed haec sententia etiam omnino falsa est, vt infra dicetur.

Vnde Respondeo, Christi opera fuisse sufficientia utriusque debito, cum essent infiniti pretij. Deinde, debitum illud gratitudinis, non repugnat debito iustitiae; vnde per idem opus, utriusque potest satisfaci. Adde, ipsi persone nullum fuisse collatum beneficium, nisi ratione naturæ humanae per communicationem idiomatum: vnde ipsa in se non habebat ullam obligationem etiam gratitudinis; ac proinde non impidebatur à satisfaciendo.

Dices Tertiò, Si Deus vnitus humanæ naturæ ex absurditate, potuit redimere genus humanum satisfactione perfectæ iustitie: ergo etiam non vnitus. Patet consequentia; quia nihil potentie, illi per vniuersitatem accessit.

Respondeo Negando Consequentiam: Etsi enim per vniuem nihil absolute potentie ac-

cessit; tamen accessit vt possit tali modo, scilicet, merendo & satisfaciendo; quod in Deum purum cadere nequit: quia requirit naturam creatam, quæ non omne bonum naturaliter continet.

Dico Secundò, Ut reparatio humani generis, fieret non solum secundum perfectam iustitiam, sed omnino modo conuenientissimo, qui posset inueniri; necessarium erat vt Filius Dei fieret homo. Ita D. Thomas hoc loco. Ratio est: Si enim assumpsisset naturam Angelicam, potuisset quidem redimere satisfactione perfectæ iustitiae, non tamen alias utilitates, quæ hic commemo-rantur, nobis accessuisset. Quas vide apud D. Thomam.

36

ARTICVLVS III.

*Vtrum si homo non peccasset, Deus incarnatus fuisset?*

Negat D.  
Thomas.

Respondeo Diuus Thomas negatiuè, Quia vbiique sacra Scriptura (intellige & Tradi-tio) rationem huius mysterij ex peccato assignat; nec aliunde potest nobis innoscere: ergo si peccatum non fuisset, Deus incarnatus non fuisset. Circa Responsionem ad Secundum Notandum hec propositio: *Ad perfectionem vniuersi sufficit, quod naturali modo creatura ordinetur in Deum, sicut in finem: vbi, per naturalem modum, intellige vires operatiuas, habitus & operationes, sive illæ naturales sint, sive supernaturales.* Etsi enim dona gratiæ, quibus Angeli & homines in Deum ordinantur, sint supernaturalia; tamen haec naturali modo ordinantur in Deum: modus enim naturalis creaturæ tendendi in Deum, est per habitus & operationes, ipsa potentia naturali, suo naturali influxu concurrente. Ordinatio autem in Deum per vniuem hypostaticam nullo modo est naturalis, quia naturalem modum non imitatur. In Responsione ad Quartum, Nota: *Prædestination, inquit, presupponit præsentiam futurorum.* Quod intelligi potest, vel de præscientiâ conditionata, quæ toti prædestinationi supponitur: vel de præscientiâ absolutâ; quæ non toti, sed parti supponitur: nam prædestinatione vt se extendit ad effectus posteriores, sive gratias Dei, supponit præscientiam priorum; vt patet ex tractatu de Prædestinatione.

Verum vt hic Articulus melius examinetur; Notandum est esse duas de hac re sententias. Prior est, Deum futurum hominem, eti⁹ homo non peccasset; idque ob causas, quæ per se huic mysterio insunt: quia videlicet, Incarnatio Dei, per se conueniens erat bonitati diuinae; perfectione vniuersae creature; & subsecutione exaltatione generis humani, vt dictum est art. 1. dub. 1. Hanc tenet Rupertus lib. 13. in Matth. de gloria & honore filii hominis. Et lib. 3. de processione Spiritus sancti cap. 20. Alexander Alensis 3. parte quæst. 2. membr. 13. Albertus in 3. dist. 20. a. 4. Scotus in 3. dist. 7. quæst. 3. & dist. 19. quæst. 1. Dionysius Carthus. in 3. dist. 1. quæst. 2. Inclinat in eadēm Albertus Pigi lib. 8. de libero arbitrio. cap. 10. Ambros. Caterinus opusculo de eximiâ Christi prædestinatione. Ioannes Viguerius in institutionibus Theologicis cap. 20. in principio; & apertius

38  
Quidam  
affirmant.

1. Obiectio  
Scoti.  
Quod  
Christi  
actiones  
essent fini-  
ti perfe-  
cti.

Distingui-  
tur.

2. Obiectio  
Durandi.  
Quod es-  
sent debita  
titulo gra-  
titudinis.

Refellitur  
explica-  
tur.

3. Obiectio  
ex absurdito.

12 Quæst. 1. De conuenientia Incarnationis. Art. 3.

& apertiū §. 1. versiculo 4. vbi ait, Christum ineruisse Angelis præmium esse entiale: & aliquot alij recentiores. Hi omnes tenent mysterium Incarnationis fuisse à Dco prædestinatum antē omnem prævisionem peccati; ac proinde absque villâ dependentiā à peccato: quare futurum fuisse; etiam si nullum peccatum intercessisset. Sed hanc prædestinationem variè explicant. Primò, Scotus dist. 9. vult Deum in primo instanti seu signo rationis, intelligere se sub ratione summi boni; in secundo, omnes alias creaturas, nempe possibilis: in tertio, prædestinasse absolutam voluntate omnes saluandos ad gloriam & gratiam; & inter ceteros animam Christi prædestinasse ad excellentissimum gradum gloriae & gratiae, quem modò habet: in quarto, ordinasse animam illam ad uniuersum hypothaticam. Ita aperte docet dist. 7. quæst. 3. & 4. quamuis dist. 19. id prætermittat: ita quinto, præuidisse lapsum generis humani in Adam: in sexto, præordinasse Christum in Redemptorem per carnem passibilem.

*Series præ-  
destinatio-  
nis Chris-  
tis.*

*1. iuxta  
Scotum.*

*Impugna-  
tur.*

Sed hæc non videntur solida: Primò, Quia electio efficax ad gloriam, non antecedit omnem prævisionem meritorum: quod tamen supponit Scotus. Secundò, Quia vult prædestinationem hominum factam, antē præsumum peccatum originale; quod est contra D. Augustinum & alios Patres. Tertiò, Quia Anima Christi considerata ante uniuersum hypothaticam, vt eam consideraret Scotus in tertio signo rationis, non est persona, sed natura apta personari: natura autem non conuenit propriè prædestinari ad gloriam, sed persona. Quartò, Quia anima Christi non fuit ordinata ad uniuersum hypothaticam propter excellentiam gloriæ suæ; sed potius contra fuit ordinata ad tantam gloriam, propter uniuersum hypothaticam; vnde hæc prior fuit in intentione Dei.

*2. iuxta  
Caterinam.*

Secundò, Alij, inter quos Caterinus, dicunt Deum ante omnem prævisionem futurorum, post solam simplicem intelligentiam, cum vellet suam bonitatem communicare creaturis, ordinasse primò, vt Filius assumeret naturam humanam hypothaticę, & in eā tantā gratiā & gloriā ornaretur. Secundò, Propter honorem illius hominis, prædestinasse homines & Angelos. Tertiò, Propter prædestinatos, præordinasse cetera omnia, cum voluntate permittendi peccatum. In quarto, Præuidisse peccatum. In quinto, Praordinasse Christum in carne passibili, vt Redemptorem generis humani.

*3. iuxta  
quoddam  
recentio-  
rem.*

Tertiò denique, Alij dicunt Deum primò omnium non voluisse aliquid opus particulare, sed primaria intentione voluisse condere uniuersum, in quo seipsum perfectè manifestaret & communicaret; & ideo voluisse illud confitare ex omnibus rerum gradibus & ordinibus; nempe ex corporali & spirituali: item ex gradu naturæ, gratiæ, gloriæ, & uniuersum hypothaticę; ita tamen vt inferiores ordinarentur ad superiores, & superiores perficerent inferiores; ac proinde simul ordinavit, vt in toto uniuerso, omnium caput & omnium finis, esset Christus. 2. Voluisse permettere peccatum. 3. Præuidisse hominum peccatum. 4. Præordinasse Christum in carne passibili in redemptorem. Hæc sententia sic explicata iuxta hunc tertium modum, est probabilis.

39 Altera tamen, Deum non futurum hominem

si Adam non peccasset, videtur probabilior. Te-Sententia net eam D. Thomas hoc loco, & lib. 4. contra verior gentes cap. 55. eiusque sectatores Ioan. Capreo-Christum non venitus, Caetanus, Ferrariensis &c. D. Bonaventura turum si in 3: dist. 1. art. 2. q. 2. vbi dicit hanc esse magis Adam non consentaneam Scripturis, etiamsi altera sit subtiliter peccasset, Ior. & humanæ rationi magis conformis. Mar-filius in 3. quæst. 1. art. 3. Richardus in 3. dist. i. q. 4. Thomas Argentinus. ibidem art. 4. & alij plerique.

Vide hanc quæstionem ex professo tractatam in lib. de Gracia & Pradestinatione in disputatione ultimâ.

Probatur Primò ex Scripturis; quia Scripturæ Probatur vbique Incarnationis causam indicant fuisse ho-ex Scriptu-

minimum redemptionem, nec alterius meminerunt: ita, ad eum lectorum alia opinione non imbutum, di-rectè in hanc sententiam impellant. Patet Luc. 19.

v. 10. Venit Filius hominis querere & saluum facere quod perierat. Idem habemus Matth. 18. Ioan. 3.

vers. 16. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum unigenitum daret; vt omnis qui credit in illum non pereat: vbi dilectionem qua Deus mundum dilexit, non constituit in eo, quod voluerit mundum constare omnibus gradibus, & ideo filium dare;

sed in eo, quod voluerit filium dare, ne pereamus. Ioan. 10. vers. 10. Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant. Ad Gallat. 4. vers. 4. Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret. 1. ad Timoth. 1.

vers. 15. Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Ex quibus locis defumpta sunt verba Symboli: Qui propter nos homines, & propter nostram salutem, descendit de celis. &c. Ex quibus sequitur, nostram salutem non solum fuisse causam cur accepterit carnem passibilem; sed absolute cur descenderit, & incarnatus sit. Con-

firmatur ex Parabolis, quibus id ipsum insinuat. Ex Parabolis. Marcii 12. ex Parabola vineæ, vbi dicitur quod Paterfamilias postquam Agricole occiden-tarunt seruos, quos ad ipsos misericordia, etiam misericordia ad ipsos filium, dicens: Forte verebantur Filium meum. Vbi indicat se missurum non fuisse, si peccatum non fuisse, Luc. 15. ex Parabolâ centum ovinorum: sicut Pastor ille non reliquisset unquam illas nonaginta nouem in deserto, nisi una ouis aberrasset; ita filius numquam de celis ad nos descendisset, nisi tamquam ouis aberrasset per peccatum.

Probatur Secundò: Ex Patribus, quorum modis loquendi talis est, vt vix reliquæ libe-Ex Patri- rum, vel semel suspicari contrarium. Ex Græcis, bus Gre-

Dionysius Areop. cap. 4. caelestis hierarchia, di-ces, cit Christum venisse in ordine nuntiantis sive An-

geli, hoc est, venisse ad nos, tanquam nuntium cœlestium mandatorum, ob nimiam charitatem suam, summe necessariam nostræ salutis; & ad im-

plendum suæ pietatis opus: scilicet ad nos redi-mendum: Alterius autem causa non meminit.

Athanasius serm. 3. contra Arianos: Neces-sitas indigentiaque hominis, prior est quam eius natu-ritas; qua sublata, carnem non induisset. Et infra:

Ceterum vt fieret homo, numquam destinatum fuisset, nisi hominum necessitas id posulasset. Et lib. de In-

carnat. Verbi. Inter cetera ait: Ut scias ex causâ nostrâ, adueniit ad nos occasionem rationemque fuisse;

nostramque prevaricationem accersuisse Verbi clemen-tiam, vt ad nos descendaret, & appareret inter homi-nes Deus.

Gregorius,

## Quæst. I. De convenientia Incarnationis. Art. 3.

13

Gregorius Nazianzenus oratione 4. de Theologij: *Qua causa fuit, inquit, natura humana, quam nostræ gratiæ subiit: nōnne nostra salus? Quid enim aliud dicemus?*

Cyrillus Alexand. lib. 5. Thesauri cap. 8. seu vltimo: *Sciens Deus mortales nos futuros per peccatum, atque idem ex misericordia sua ante secula constituit, ut Verbum suum fieret homo, renouaretque hominem in seipso. Vbi docet, Incarnationem esse præordinatam ante secula, post prævisionem peccatorum: vide totum illud caput.*

*ex Patribus Latinis.* Idem probatur ex Patribus Latinis. Irenæus lib. 5. contra heret. paulo antè medium: *Si non haberet caro saluari, nequam Verbum Dei, caro factum esset: & si non haberet sanguinem iustorum inquiri, nequam sanguinem habuisset Dominus. Et infra: Si autem ob aliam quandam dispositionem Incarnatus est Deus, &c. non ergo in semetipso recapitulus est hominem.*

Ambrosius lib. de Dominicis Incarnationis Sacramentis c. 6. *Qua erat causa Incarnationis, nisi ut caro, qua per se peccaverat, per se redimeretur?*

August. serm. 8. de verbis Apost. ex illo Lucæ 19. *Venit Filius hominis quædere &c. infert: Ergo si homo non peccasset, Filius homini non venisset. Et serm. 9. Nulla causa venienda fuit Christo Domino, nisi ut peccatores saluos faceret. Et in illud Psalm. 68. *Infelix sum in limbo profundi: Deus quoniam naturam humanam suscepit, in limbo infixus est: si homo manaret in eo quod fecit Deus, non in limbo infixus esset, quem genuit Deus.**

D. Leo serm. 3. de Pentecoste circa initium: *Si homo ad imaginem & similitudinem Dei factus, in sua honore natura manifesseret; nec diabolica fraude deceptus, à lege sibi proposita per concupiscentiam deuiaisset; Creator mundi, creatura non fuerit.*

Greg. l. 4. Commen. in 1. Reg. c. 1. *Nisi, inquit, Adam peccasset, Redemptorem nostrum carnem susciperemus non oportere: non enim venit vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam: si ergo pro peccatoribus venit; si peccata deessent, eum venire non oportere.*

Denique alii Patres qui ex professo hac de retractant, nullam aliam causam redditunt, nisi hominum redemptionem & salutem. Vide Basilius & Gregorium Nicænum oratione de Nativitate. Cyrrilum Hierosolymit. catechesi 6. Theodoreum in epitome diuinorum decretorum cap. de Incarnat. Damascenum lib. 4. de fide c. 4. Anselmum libris duobus, *Cur Deus homo.* Vnde illa sententia D. Augustini: *Cur Deus homo, si non corrigitur homo? Et fane, mirum esset, si alius finis proximus principalior & primariò intentus fuisset, Deū illum, haec tamen hominibus non patet esse: & Sanctos Patres vel ignorasse, vel saltem silentio inuoluisse; præterim cum ille finis videatur magnopere ad Christi dignitatem pertinere. His adde, primum inuentorem huius sententiae (quod sciam) fuisse Rupertum, qui etiam alia quedam parum solida prius ex cogitauit.*

Probatur Tertiò Rationibus. Primò, Ratione Caetani: *Tres, inquit, sunt ordines rerum, scilicet ordinem naturæ, gratiæ & uionis hypostaticæ: primus est fundamentum secundi, nam natura supponitur gratia: & secundus tertius, nam gratia supponitur hypostatica uisioni. Quo sit, ve omnia qua pertinent ad ordinem naturæ per uiuerum tempus, prius cadant sub scientiam diuinam, quam ea quo ad alios ordines pertinent: atqui peccatum pertinet ad ordinem naturæ: ergo necesse fuit illud præscripsi ante præcognitam vel præfinitam uisionem hypostati-*

*tican: & consequenter uino hypostatica non erat futura, nisi præcesset peccatum. Sed hæc videntur parum improba. Solida: Primo, Quia si agat Caetanus de scientiâ <sup>Improbis</sup> <sup>tur.</sup> visionis, sic videntur prius ea, quæ prius in re fiunt; siue ad ordinem naturæ, siue ad ordinem gratiæ pertineant; v.g. prius præuidetur baptismus Petri, quæcum peccatum commissum post baptismū; quamvis hoc ad ordinem naturæ, illud ad ordinem gratiæ pertineat. Si autem loquitur de simplici scientiâ, si prius præuidetur ea, quæ non supponunt aliud; v.g. prius præuidetur uino hypostatica in Christo, quæ ad tertium ordinem pertinet, quæcum peccata crucifigendum, quæ ad primum ordinem secundum Caetanum: Et prius præuidetur dignitas Christi, pertinens ad tertium ordinem; quam dignitas Matris, quæ ad secundum. Ratio deceptionis Caetani fuit. Primo, quia permiscet ordinem intentionis cum ordine executionis, qui tamen sunt maximè distincti: licet enim natura sit fundamen tum gratia in ordine executionis, gratia tamen est fundamen tum naturæ in ordine intentionis, quia est finis; vnde non necessariò præuidetur posterius. Secundo, quia confundit scientiâ visionis, & simplicis intelligentiæ: hæc enim nō supponit decretum liberū diuine voluntatis, sicut illa: licet enim simplici intelligentiæ nō possit intelligi gratia antè naturam; tamen quia voluntas liberè incipit, vel ab unione hypostatica, vel à gratiæ; ideo scientiâ visionis hæc possunt simili præuideri. Tertiò, quia putat hos ordines esse omnino distinctos, & cadunt in diuinam scientiâ & voluntatem; cum tamē sint mixti: ea enim quæ pertinent ad ordinem naturæ, disponuntur à Deo vt expedit ad ordinem gratiæ. Quartò & vltimò, quia eti in uino individuo natura supponitur gratia, non tamē omnia pertinentia ad ordinem naturæ, sunt prius in scientiâ Dei, quæcum omnia quæ pertinent ad ordinem gratiæ, vel uisionis hypostaticæ: vnde quod Deus prædestinaverit uisionem hypostaticam post præuisionem peccati, non est factum ex necessario ordine, vt vult argumentum Caetani; sed ex merâ Dei libertate.*

Vnde alter probatur Primo, Ex signis: omnia enim quæ in hoc mysterio seruata sunt, insinuant illud primariò uisile institutum propter hominū salutem: idèc enim potius humana natura videntur assumpta, quæcum Angelica; idèc tali tempore, & loco potius, quæcum alias, vel alio; idèc corpus passibile; idèc omnia in vita egit & pertulit. Nulum autem signum cernitur in ijs, que circa illum gesta sunt, quo indicetur illum ob aliud finem magis principalem venisse.

Secundo, Quia hoc pacto magis ostenditur eius <sup>2. Comm.</sup> <sup>Ex signis</sup> erga nos charitas, quod non tantum conditionem <sup>datuimus Dei</sup> corporis nostræ causâ mutarit, vt vult altera sententia; <sup>erga hominem lapsu</sup> sed absolute corporis substantiæ assumptionem, rit. Si enim naturam humanam assumpturus fuisset, etiam homine nō peccante; certè non propter nos illam assumpsit; sed solùm conditionem & qualitatè eius, ad tempus mutauit: atqui plus est Deum absolutè fieri hominem; quæcum Deum factum hominem, fieri passibile & pati.

Tertiò. Quia vix cōuenienter explicari potest, <sup>3. Ab inc.</sup> qualis venisset; corpore gloriose, an sine gloriâ: si uenientia gloriose; quomodo fuisset conceputus in utero, & corporis lenitate creuisset? cum hoc repugnet corpori gloriose, quod est impassibile. Item, quomodo meruisset, cum non fuisset viator? Quod si non glori-

B b

riofus

41  
Probatur  
Rationibus

Argumētū  
Caetani  
de triplici  
ordini.

14. Quæst. 1. De conuenientia Incarnationis. Art. 3.

riosus venisset, sed sicut Adā in statu innocentia; ergo similibus necessitatibus fuisset subiectus; ut cibi, potūs, quietis, excretionis, &c. quæ non vindentur debuisse assumi, ob perfectionem vniuersi, sed solum ad exemplum & satisfactionem. Item, an corpus eius ex iisdem materiæ particulis, à Spiritu S. confundū fuisset, quibus modò conflatum est? videtur enim quod non iisdem; quia in statu innocentia longè alia fuisset ratio viæ; unde nō eundem sanguinem B. Virgo habere potuisset, nec Christus idem corpus: nūl quis dicat Deum infinitas materiæ particulas, ex quibus modò constitutum est Christi corpus, tunc etiam selecturum fuisse ex vniuersi mundi elementis, & congregaturum in B. Virginis sanguinem: quod naturis rerum non est consentaneum, & sine ingenti miraculo fieri nequivisit. Sed contra

43  
Obiectio.  
nes ex Scriptura.

1. Ex Proverb. 8.

Objicitur Primo, Ex Scripturis. Primus locus ex Prover. 8. v. 22. Dominus posedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam fecerat à principio. Ab aeterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Vbi Septuaginta vertunt: Dominus creavit me, ἔχοντα; & ita legunt passim Graci Patres; quāuis fortasse Septuaginta scriperint ἔχοντα, id est, posedit à xxii. v. 22. Ex hoc loco sic arguitur: hīc loquitur de seipso Sapientia incarnata, id est, Christus Dominus, vt docet Clemens Romanus I. 5. const. Apost. c. 19. Cypri. l. 2. testimon. contra Iudeos c. 1. Athanasius serm. 3. contra Arianos. August. l. 1. de Trinit. c. 12. atqui nō est hīc sermo de creatione externā celi & terræ; quia Christus non est creatus, id est, incarnatus antequam terra fieret; sed de præordinatione creationis in mente diuinâ: ergo sensus est, Sapientia incarnata seu Christus, fuisse creatam, in præordinatione diuinâ; id est, præordinata à Deo, ante præordinationem celi & terræ; ac proinde ante prævisione peccati: nā prævicio peccati fuit posterior præordinatione mundi: ergo etiam si peccatum postea non fuisset factum, tamē Sapientia diuina ex vi huius decreti fuisset incarnata. Confirmatur, quia dicit se ordinata ab aeterno antequam terra fieret; sed hoc non potest intelligi tantummodò antequam terra fieret ipsa exteriori: nā sic omnia fuerint præordinata antequam terra fieret; ac proinde nihil singulare diceretur de Sapientiâ incarnata: ergo intelligitur antequam terra fieret in diuinâ ordinatione.

Explicitur  
locus Pro-  
verb. 8.

Respondeo, Sensum litteralem esse, Dominus posseidit me, id est, generavit me; seu quod idem est, acquisivit me ab aeterno. Nam Hebraicè est verbum Cana, non bara, id est, posedit, acquisivit; sicut Genes. 4. v. 1. Eua cum gentilisset Cain, dicebat: Posedi hominem per Deum, id est, acquisivi, genui diuino munere. Loquitur enim Sapientia aeterna secundum diuinitatem. Ita Hieronymus epist. ad Cyprian. tom. 3. & Basilius l. 2. contra Eunomium. Alij dicunt sensum litteralem esse, de Sapientiâ in genere; quatenus abstrahit à creatâ & increatâ: cui per prosopopeiam tribuitur sermo. Ita Iansepius intelligit. Et iuxta hos sensus nihil sequitur contra nos.

Quod si velimus intelligere de Sapientia incarnata, sicut multi Patres propter versionem Septuaginta, & argumenta Arianorum ex illâ versione petita, intelligunt; sensus est, Christum esse prædestinatum seu præordinatum ante externâ mundi constitutionem, ab aeterno; non ante constitutionem mundi in mente diuina: quod patet ex se-

quentibus; Non dum erant abyssi, & ego iam conceptus eram: Necdum fontes aquarum eruserant, neclum montes graui mole confiserant; quando preparabat celos aderam; quando certa lege & gyro vallabat abyssos. Quibus verbis, vt ait, Cyrillus l. 5. Thesauri c. 8. significatur creaturarum ex nihilo ad esse produc-tio. Et confirmatur, quia si Christus fuisset præordinatus, ante præordinationem mundi; debuisset venire etiam mundus numquam fuisset. Confirmatur Secundo, ex similibus Scripture locis; Apostolus enim passim docet Christum & nos prædestinatos, electos &c. Ante tempora secularia, ante mundi constitutionem: vt ad Ephes. 1. v. 4. Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus Sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. 1. Corinth. 2. v. 7. Loquimur Dei sapientiam in mysterio qua abscondita est, qua prædestinauit Deus ante facula. Vbi non tantum mysterium Incarnationis, sed etiam Passioni, Crucis, Mortis, totamque economiam salutis nostræ, dicit ante facula præordinationem. Denique 2. ad Timoth. 1. v. 9. dicit Nos liberatos secundum gratiam, qua data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia: at liberatio præ-supponit peccatum: ergo peccatum fuit præsumum.

Dices: Ergo nihil ibi singulare dicitur de mysterio Incarnationis; quia omnia sic sunt præordi-nata. Respondeo, non omnia sic esse præordinata in particulari, vt patet de ijs quæ ex causis naturalibus proueniunt. Significat autem Scripture tali modo loquendi, illud non pendere ex causis crea-tis; sed ex singulari Dei sapientiâ, bonitate, & prouidentiâ; Deoque id præcipuo quodam modo cura fuisse.

Secundus locus ex Ioannis 17. v. 5. Clarifica me Pater claritate, quam habui apud te, præquam mundus 44 2. Ex Ioan. fieret. Hīc petit Christus gloriâ & claritatē: atqui 17. non petit gloriam diuinitatis; quia hac numquam caruit: ergo humanitas, quam in diuinâ præordi-natione habebat antè mundum conditum.

Respondeo; Christum ibi petere manifestare explicata hominibus gloriam diuinitatis; quam habuerat, iur. etiam antè mundi constitutionem; id est, ab aeterno: vt videlicet homines cognoscerent, eum esse verum & naturale Filium Dei. Vnde subdit: Vi filius tuus clarificet te, scilicet apud homines. Ita exponit Chrysostomus, Cyrillus, Theophilactus, & alij passim.

Tertius locus, ad Coloss. 1. v. 15. vbi Christus dicitur Primumenit omnis creature. Et confirmatur 45 3. Ex epist. ad Coloss. 1. sicut Concilio Sardicensi epistola ad omnes Episcopos; vbi Christus vt Verbum, dicitur vniuersitatem, vt homo primogenitus. Citant aduersarij etiâ Glossam, Anselmum, Hieronymum, Cyrrillum. Et confirmant ex eo quod Apostolus dicit, In ipso esse con-dita vniuersa; & esse caput corporis Ecclesie: tandem concludens: Vt sit ipse in omnibus primum tenens: ergo Christus vt homo est primogenitus omnis creature, id est, prædestinatus est antè prædesti-nationem creaturarum.

Respondeo; Christum nō dici primogeniti tum omnis creature, quasi secundum humanam naturam Christus præordinatus fit antè omnis creature præordi-nationem: hoc enim impropriissime diceretur; & genitus nemini veterum, (quod sciām) in mentem venit. Probat enim Apostolus eum primogenitū omnis secundum creaturam, Quia omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, diuinâ & omnia in ipso constant, id est, conferuantur. Non potuerunt autem omnia creari, aut conservari per Christum

Quæst. i. De conuenientia incarnationis. Art. 3.

15

Christum hominem, existentem solum in diuina preordinatione. Vnde satis patet Apostolū loqui de Christo secundūm diuinitatem: volens enim explicare excellentiam eius, per quem recōciliati sumus, dicit *eum esse Imaginem Dei inuisibilis, primogenitum omnis creature, id est, genitū à Patre re ipsa secundūm diuinitatem*, ante omnem creaturam: quod probat, *Quia per ipsum, & in ipso, omnia sunt creata.* Deinde addit excellentiam quę ei conuenit ratione humanitatis; nempe, quod *st Caput Ecclesie, primogenitus ex mortuis, &c. vt sit ipse in omnibus principiatus tenens, id est, vt sit ipse ante omnes, tam in genesi, id est, ortu rerū, quā in παλιγγενεσίᾳ, id est, regeneratione.* Nā secundūm Deitatem, cū ante omnem ortum rerū, & est principiū ortus: humanitate vero, est ante regenerationem; quia primō regeneratus est, & est auctor regenerationis in ceteris. Quod si quis velit hunc locum intelligere secundūm naturam humanam, cū Anselmo, & quibusdam alijs; sic dicitur *Primogenitus omnis creature, quia est dilectus & honoratus supra omnem creaturā*; sicut primogenitus supra reliquos dilitur. Ansel. ait: *Sicut primogenitus omnium fratrum, dignitatis obtinet primatum; ita Christi humanitas primatum obtinet inter omnes creature.* Cyrill. lib. 10. Thesauri c. 3. dicit vocari *Primogenitus omnis creature secundūm naturam humanam*; quia omnes homines per ipsum dignitatem filiorum adepiuntur. Commentarius qui tribuitur Hieronymo, Dicitur, inquit, *primogenitus omnis creature secundūm assumpti hominis formam, non tempore, sed honore, iuxta illud: filius meus primogenitus Israēl.* Concil. Sardicensē præter propositum adducitur; quia solum dicit esse primogenitū ex mortuis. Aduerte, hosce Patres videri impulsos ad interpretandum hunc locum, secundūm naturam humanam vi nominis *primogeniti*, quo significari videtur adhuc alios sequi filios; sed secundūm phrasī Hebreā *primogenitus* vocari, ante quem non est alius, sive post illum sequantur alii filii, sive non: patet tum alijs locis, tum Lucas 2. v. 7. *Peperit filium suum primogenitum.*

46 Quartus locus est ad Heb. 2. v. 10. *Decebat enim eum propter quæ omnia &c. per passionē consummari.*

*ad Hebreos* Vbi omnia dicuntur esse propter filium hominis.

Respondeo, Is. propter quē omnia, est Pater; vt pafsim DD. interpretantur: nā non est *consummari pafsum, sed consummari*; vt legunt omnia Graeca exemplaria, & pleraque Latina emendatoria. Et quānus Anselmus explicit de Christo; tamen nō secundūm humanitatem, sed diuinitatē intelligit: dicit enim, *Fropter quem omnia, & per quem omnia:*

Secundō obiectū ex Patribus. Primo, Ex Irenio lib. 3. c. 33. vbi ait, *Deum prædestinasse primū hominem animalē, videlicet ut a spirituali saluaretur. Cum enim præexistet saluans, oportebat & quod saluaret fieri, vt non vacuum sit saluans.* Respondeo, non vult dicere Christum prius prædestinatū esse saluatorem, quām homines præordinarentur, qui possent saluari: quia certum est non esse prædestinatum vt esset saluator, nisi suppositis saluandis: ergo iam antē, vel certe simul debet intelligi homines præordinati. Senus ergo est: cū præexistet saluans, Verbum scil. diuinum omnium fabricator, oportebat etiam fieri id, quod saluaretur: id est: cōueniens erat, vt fieret homo animalis, qui ad salutem adduceretur; ne frustra videretur ratio & proprietas saluantis in Deum cōuenire: loquitur enim Irenæus de verā præexistentiā Christi,

non de obiectū in prædestinatione diuina. Vide cap. 20. & 22. eiusdem Authoris.

Secundo, Ex Aug. l. de nuptijs & concupiscentia c. 21. vbi ait, *Coniugium etiam in statu innocentia, 48 si homo non peccasset, futurū sacramentum coniunctionis Christi cum Ecclesia.* Respondeo, Matrimonij nunc duplicitis cōiunctionis est Sacramentum, id est, sacrum signum; scil. coniunctionis Christi cum Ecclesia per vinorum hypostaticā; & cōiunctionis Christi Matrimoniū significat duplicitē cōiunctionem Christi cum Ecclesia.

per vinorum hypostaticā; & cōiunctionis Christi Matrimoniū significat duplicitē cōiunctionem Christi cum Ecclesia per fidem & charitatē. In statu innocentia, tantummodo fuisse Sacramentum coniunctionis Christi cum Ecclesia per fidem & charitatē. Neque mirū, quia haec signa non sunt naturalia, sed ex diuina institutione: vnde pro varieitate status, possunt plura aut pauciora significare.

Tertiō, Ex Cyrillo l. 5, Thesauri c. 8. vbi dicit, *Ex Cyril. Christum ante nos profundatum (id est, tamquā fundamen- 49 tum) salutis humanae ab aeterno constitutum)* vt in ipso omnes saluemur. Respondeo, Cyrillum Expli- toto illo capite aperte à nobisflare: explicatur. enim locum illum Proverbiorū *Domini posedit me &c. & legit ex versione LXX. Dominus fundauit me iniitum viarū suarum ad opera sua: & sensum esse di- cit, Dominus fecit me, scil. Christum Deum & hominem fundamentum salutis humanae, cui per fidem homines debent superadisciri.* Deinde querit Cyrus quomodo Deus fecerit Christū fundamentum ab aeterno, sicut Scriptura indicat, cū Incarnatio facta sit in tempore? Respondet, quia Deus præviso peccato, illum ab aeterno constituit facere fundamentū. Vbi aperte docet Christi Incarnationem non esse præordinatā ante prævissum peccatum; sed hoc esse causam, cur eam præordinari. Dicit autē *Christum ante nos profundatum; id est, ante nos conditos præordinatum fundamentum salutis; non tamen ante prævissum peccatum, vel ante præordinatos homines in mente diuina.* Quod etiam patet exemplo architecti, qui firmū fundamentū sui operis statuit, vt possit inflaurari cū cederit. Omitto alia testimonia quod sint facilita.

Tertiō obiectū rationes: 1. Adamo fuit reuelatum istud mysterium in statu innocentia, vt do- cent multi Patres: ergo istud mysterium fuit præordinatum ante peccatum prævissum. Patet consequentia, quia ante prævissum peccatum fuit prævia ecclasiis Adæ, & reuelatio quam habuit in ecclasiis; quia id prius est prævissum, quod prius est ordine temporis in rebus: ergo ante prævissum peccatum, fuit etiā præordinata res reuelata; scilicet ipsa Incarnatio. Deinde si Adamo fuit reuelatum istud mysterium ante peccatum: ergo Christus tunc fuit illi propositus: vt fons gratiae & principiū salutis; alioqui cur fuisse illi reuelatus? Simile argumentum faciunt de Angelis. Respondeo, Etsi non sit necesse, vt id quod tempore prius est, sit prius in prævisione; cū fieri possit vt nullam inter se dependentiam habeant: cōcedo tamen mysterium Incarnationis fuisse præordinatum ante prævisionem absolutam intuitivam peccati; quia Deus præuidet futura sicuti sunt ipsa cum omnibus circumstantijs: non tamen fuit præordinatum ante prævisionem conditionatam; nec etiam ante absolutam, quasi abstractiū, quam Deus habet; præcisè accedente voluntate permittendi ad scientiam conditionatam. Pro quo

Norandum, Deum tripliciter praescire futura, 1. præscientiā conditionata, 2. absolutā quasi abstractiū; nempe quando ad præscientiam condi-

Quomodo secundūm humanitatem.

Primogenitus quis ducatur.

Expli- tur.

47 Obiectio- nes ex Pa- tribus.

1. Ex Iren.

Expli- tur.

Dent tripli- citer praesci- tur.

16 Quæst. 1. De conuenientia Incarnationis. Art. 3.

tionatam, accedit præordinatio & permisio; tunc enim in sua præordinatione vel permissione præuidet rem futurā quasi abstractē à circumstantijs. Tertia est absoluta intuitua, quā fertur in res ipsas, vt fiunt in tempore cum omnibus circumstantijs. Christus ergo fuit prædestinatus ante præscientiam peccati intuituam; non tamē ante præscientiam absolutam abstractuam eiusdem peccati, sed simul. Nam hoc ipso quo Deus voluit creare hos Angelos, & hos homines; & permittere Adamum sic tentari; præuidit illum peccaturum; & simul præordinavit Christum in remediu. Ad confirmationem; Christus propositus fuit Adam, tamquā caput in genere; non autem tamquā causa totius salutis: poterat enim esse caput omnium; etiam si ab illo gratiam nō haberent: sicut modo re ipsa est caput Angelorum, etiam secundū naturam humanam, quamvis ipsi ex eis meritis gratiam non habuerint. Modus autem particularis, quo futurus erat caput hominum, non fuit Adamo tunc reuelatus: sicut neque vtrū venitur in carne passibili, an impassibili.

<sup>51</sup> Secunda ratio: Prædestinatio Christi est cauſa exemplaris, & quodammodo finalis, prædestinationis omnium hominum; vt colligunt ex c. 8. v. 29; ad Rom. Qui prædestinavit nos conformes fieri imaginis Filij sui: fed prædestinatio hominum, saltem Adami, facta est ante præuisiōnem peccati: ergo & prædestinatio Christi. Confirmatur, Quia Conc. Trid. sess. 6. c. 7. dicit finem nostra iustificationis esse gloriam Dei, & Christi: ergo prius est volita gloria Christi, quā nostra iustificatio.

Soluitur. Respondeo, Admitto Christi prædestinationem esse cauſam exemplaris nostræ: nego tamen Adamum esse prædestinatum ante præuisum peccati: omnium enim hominum prædestinatio facta est post præuisum peccatum, saltem quoad posteriora media; vt multis locis docet D. Augustinus.

Christus est proper homines. & homines propter Christum. Ad confirmationem: potuit Deus Christum præordinare ad nostram salutem; & simul nostrā salutem ad Christi ipsius honorem: sicut Rex potest instituere aliquem gubernatorem, vt benē admisſetur prouincia; & simul velle, vt salus prouincia cedat in ipsius honorem. Nam duplex est finis; nempe qui intenditur, & cui intenditur: & hi, vicissim sibi possunt esse causæ finales. V. g. potentiae sunt propter operations; tamquam ob finem qui intenditur, ipsæ verò operations, sunt propter potentias; scilicet vt eas perficiant.

<sup>52</sup> Tertia ratio: Gloria animæ Christi, est maioris dignitatis, magisque Deo dilecta, quā gloria omnium hominum & Angelorum simul; vt sentit D. Thom. 1. parte quæst. 20. art. 4. ad 1. ergo verisimile est hanc gloriam esse magis per se voluntà Deo, quā gloriam Angelorum & hominum: imo, ob Christi gloriam reliqua potius esse volita; quā hanc, propter homines.

Soluitur. Respondeo, Admitto gloriā animæ Christi esse præstantiorem ceteris omnibus; non tamen idcirco debet illā Deus præordinare ante præuisiōnem peccati propter seipsum: Primo, Quia Deus omnino liberè vult & amat omnem excellentiam creature; vnde, nec semper maiorem excellentiam magis vult: nimur ut hac ratione ostendat se nullā perfectione creatā egere, seque sibi infinitē sufficientē esse. Vnde, non sequitur ipsum debuisse gloriam Christi propter seipsum velle, nullo supposito peccato: alioquin etiam, hoc vniuerso de-

debusset aliud perfectius condere, idque sine termino. Secundo, Etsi maximā adferat excellentiam *Incarnationis*, & toti vniuerso, quod Deus sit homo: *est quadam Dei humilitate*, aut etiam propter vniuersi perfectionē. Nam, fieri creature, maximē humanā, est humilitatio quadam, & veluti miseria ipsius Dei: vnde ab Apostolo ad Philip. 2. v. 7. dicitur, Deus se exanimuisse & humiliasse, cum formam servi accepit; quare non videtur absolute conueniens, vt Deus fieret homo, nisi aliqua maior necessitas vrgeret; videlicet ad auferendam nostram miseriam, & ad satisfacendum diuinę iustitiam; vt haec ratione ostenderet infinitam misericordiam suam, & iustitiam, quæ nullo alio modo, tam eximiē poterat demōstrari. Quod si ob vniuersi perfectionem factus esset homo, non ita eluceret ista misericordia & iustitia; imo neque ipsa Dei eminentia; nam quodammodo in creaturarum ordinem redactus videretur.

Dices: Art. 1. ostensum est hoc mysteriū fuisse per se valde conueniens diuinæ bonitati: ergo seposita redemptione hominum debuisset etiam à Deo præordinari.

Respondeo, Potesit esse vna ratione valde conueniens, & ex aliâ parte habere incommoda maioris momenti. Sicut valde conueniens est, liberalitate non quia regis omnes pauperes ali; sed ex alterâ parte posse sequi incommoda; ob quæ absolute non expediatur. Ita etiam conueniens est per se diuinę bonitatem, vt se summo modo creaturæ communicet; ob humum fed ex alterâ parte, erat quodammodo inconveniens; quia sequebatur humiliatio summe maiestatis, quæ non debebat fieri, nisi ob necessitatem altioris ordinis; cui alio modo nō tam conuenienter poterat occurri. Quia necessitate positrā, reliquæ conuenientiæ & utilitates locum habebant.

Quarta ratio ex Scoto: Ordinatè volens, primò vult id, quod est propinquius fini: atqui finis Dei in creaturis, est ostensio & communicatio suę bonitatis; cui fini propinquius medium est incarnationis: nam in hac, maximē communicat & ostendit suam bonitatem: ergo hęc debebat esse primò volita. Confirmatur, quia si ex occasione peccati volita est; est quasi bonum occasionatum, & per accidentem introductum.

Respondeo; Non semper est expetendū, quod <sup>Non semper</sup> fini est propinquius, quando illud habet aliquod <sup>per eligendū</sup> incommodum. Deinde, id quod vna ratione est fini est propinquius, aliā non est propinquius: vnde illa propinquius, propofitio vera non est; nisi de eo, quod est propinquius fini secundū modum & mensurā, quam intendit principale agens. Ad confirmationem: si bonum occasionatum intelligis aliquid præter intentionem Dei eueniens, sic Incarnatio non fuit <sup>Quoniam</sup> bonum occasionatum; nam fuit ab æternō præordinata. Si autem intelligis, aliquid ordinatum occasione alterius, cōcedo incarnationem esse ordinatam occasione peccati: non tamen ideo per accidentem vel occasionaliter eueniens, quia ex intentione diuină evenit. Addo, si hęc ratio valeret, non potuisse sapienter præordinari hoc mysterium in remedium peccati; quod nemo dixit.

Quinta ratio: Non minus decuit vt homines & Angeli haberent merita perfectę iustitiae; quām vt haberent satisfactionem perfectę iustitiae; atqui Christus venit vt nostra satisfactione esset perfectissima: ergo etiam venisset vt merita essent secundū perfectam iustitiam. Nam perfectius est <sup>54</sup> se qui

sequi gloriam secundum exactam iustitiam, quam secundum imperfectam.

*Soluitur.*  
Respondeo; Est dispar ratio: nam meritum requiritur ut nos habeamus ius ad gloriam: satisfactio autem, ut Deo honor restituatur. Magis autem conuenit ut Deo fiat perfecta honoris restitutio, quam ut homo habeat perfectum ius ad gloriam: præsertim cum neque hominis conditio, neque mercedis ratio id postulet.

*Merita non debent esse secundum perfectam iustitiam, uti fuit satisfactio.*  
55. Obiecto.  
Sexta ratio: Altera sententia magis videtur pertinere ad Christi gloriam: nam ita facit eum caput hominum & Angelorum, ut ex eius meritis etiam Angeli gratiam & gloriam consequuntur. Deinde, facit eum absolute primum in ordine prædestinationis, imo in ordine omnium, quæ à Deo ab æterno sunt præordinata. Denique, facit uniuersum constans omnium rerum gradibus; videlicet gradu naturæ, gratiæ, gloriæ, & uerionis hypostaticæ; quod proinde perfectissime diuinam bonitatem partem, eamque reperirent.

*Soluitur.*  
Non semper debet fieri id quod videtur ad maiorem gloriam humanitatis Christi, vel etiam diuinitatis pertinere; sed quod iuxta ordinem & mensuram à diuina sapientia prescriptam, & à diuina voluntate intentam, ad illam est conuenientius: nam omnia que exterius sunt, secundum certam mensuram definita & intenta sunt.

D V B I V M.

Quomodo se habeat prædestinationis Christi respectu prædestinationis hominum & Angelorum?

*Angeli & homines prius ratione à Deo ordinati sunt ad esse, quam ordinata sit incarnationatio.*  
56. Respondeo & Dico Primo, Angeli & primi homines, secundum naturam & dona supernaturalia saluti sufficientia, fuerunt præordinati prius ratione, quam mysterium incarnationis. Docet hoc Caïtan, art. 3. & ferè omnes qui tenent nostram sententiam, facileque colligunt ex supradictis testimonijis.

Probatur Primo, Quia illa erat absolute futura ex vi decreti diuini, etiamsi incarnationis mysterium non fuisset futurum; quare independenter ab hoc mysterio decreta fuere. Hoc autem mysterium non fuit prædestinatum nisi dependenter à prævisione peccati; quod peccatum presupponit Adamum & Angelos, à quibus Adam in culpam tractus fuit: ergo posterius ratione est decretum: illud enim decretum est ratione posterius in Deo quod presupponit aliud, & non supponitur ab eodem. Hinc sequitur non esse admittendas has propositiones conditionales: Si Adam non fuisset peccatum, non fuisset creandus. Si demones non essent damnandi, non essent creandi. Si Christus non fuisset venturus, Adam non fuisset creandus. Ratio est; Nam creatio Adam fuit decreta à Deo omnino independenter à prævisione peccati ipsius, & Christi venturi. Similiter formatio Eux, hominumque procreatio. Itē creatio Angelorum fuit decreta sine dependentia à prævisione peccati, & damnationis ipsorum: et si enim per præscientiam conditionatam sciret illos peccatores, si crearet, & permetteret tentari, sicut tentati sunt; tamen in primo illo decreto quo voluit eos creare, non est habita ratio huius præscientie, sed solum boni illius, quod ex ipsis creatione & iustitia originali elucebat.

Confirmatur; Quia aliqui falsa essent, quæ passim Doctores & Patres tradunt de statu inno-

centia: nempe si Adam non peccasset, eum semper victurum; prolem iustum generaturum; animantia illi morigera futura. Si enim non fuisset creandus nisi præius usus fuisset peccatum; certe eo non peccante, non potuissent hæc consequi, quæ supponunt ipsum iam esse creatum; quia non erat decretum à Deo, ut haec fierent, eo non peccante; cùm illorum sententiæ decretum fuerit, ut non crearetur, si non peccatus præuidetur: qui enim admittunt illum non fore creandum, si non fuisset peccatum, etiam admittere debent hoc re ipsa à Deo decretum fuisse: nam voluntas Dei perfectæ est determinata, non solum ad ea quæ re ipsa futura sunt; sed etiam ad omnia futura, & non futura, sub quauis hypothesi seu conditione; alioqui circa infinita maneret suspensa; quod est imperfectionis.

Dico Secundo, Etsi Christus non sit prædestinatus ante prævisionem peccati; peccatum tamen non fuit absolute præsumptum ante Christi prædestinationem: ita ut haec simul fuerint, & in comed signo rationis, cum mutuâ dependentia.

Docet hoc Molina in sua concordia: & prius pars patet ex dictis dubio primo huius articuli.

Altera pars probatur; Quia valde credibile est Voluntas Deum non fuisse permisurum peccatum Adami, per quod totum genus humanum corruit in existentia; nisi decreuisset opem ferre per filium: hoc finatio enim maximè decebat ipius misericordiam erga creaturem tam fragilem. Quorsum enim totius in Deo.

posteritatis voluntates & salutem in vniuerso arbitrio constituisse, nisi voluisset, aut non permettere illum labi, ut omnes salvi manerent; aut nisi voluisset redimere, si permetteret labi? Quod confirmatur ex Diuo Augustino qui sapè docet Deum adeò esse bonum, ut non sit permisurus mala, nisi inde vellet elicere bona. Unde patet primo, voluntatem permissionis peccati, & prædestinationem Christi, absolute esse simul; nec alteram alterā priorem; cùm mutuam à leuius habent dependentiam: nisi enim voluissent permittere peccatum, non voluisset Christum incarnari; & viceversa nisi voluisset Christum incarnari, non voluisset peccatum permittere. Patet Secundo, Verum non esse, quod quidam aiunt, Christum, quoad intentionem, esse prædestinatum ante præsumptum peccatum; quoad executionem, post præsumptum peccatum: hec enim inter se pugnare, multis ostendi potest.

Dico Tertio, Prædestination tamen Christi, prior est prædestinatione Adami, & ceteroru[m] hominum. Est ferè communis sententia Doctrinæ, quamvis non eodem modo ab omnibus exceptetur.

Probatur ad Ephes. 1. vers. 4. Elegit nos in natione ipso ante mundi constitutionem; ut essemus sancti & immaculati &c. Ad Rom. 8. v. 29. Quos præsemit & prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui; ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Ratio est, quia Christi prædestination est causa prædestinationis omnium hominum; ut indicant iste scriptura: Nam omne donum salutare quo ducimur ad salutem, ex Christi merito prouenit; ac proinde ex eiusdem merito est nobis prædestinatum: ergo omnis nostra prædestination supponit prædestinationem Christi: ipsius vero prædestination, non supponit nostram: ergo illa est prior nostra.

B b iii

Dices,

18 Quæst. 1. De conuenientia Incarnationis. Art. 3. Dub. A. 4.

59

Dices; Deus destinauit homines in statu innocentiae ad salutem, per dona sufficientia supernaturalia, sine respectu ad Incarnationem Christi: ergo &c.

*Quomodo dicantur homines prædestinati ad statu inno-*

*centiam.*

Respondeo; Illa destinatio, non erat prædestinationis propriæ dicta, de qua loquimur; sed ordinatio quædam prouidentiae supernaturalis, que per peccatum fuit intercisa & abrupta, ita ut effectum non haberet. Sicut ordinatio Luciferi, & illi adhaerentium, non erat vera prædestinationis. Nam prædestinationis, est ordinatio ad salutem, per media quæ re ipsa sunt efficacia; id est, quæ effectu prestant. Talis autem ordinatio in hominibus presupponit Christi Incarnationem; nam media per quæ salvamur, à Christi pendent; & consequenter voluntas conferendi hæc media supponit Christi Incarnationem.

60

Sed difficultas superest de prædestinatione Angelorum; sitne prior, an posterior Christi prædestinatione?

Respondeo & Dico Quartò; Si Angelis fuit reuelatum mysterium Incarnationis in statu viae, tamquam necessariò ab illis credendum; Christi prædestination fuit prior eorum prædestinatione: Si autem non fuit reuelatum, neque prior fuit neque posterior.

Prior pars patet, Quia si illis propositum fuit mysterium Incarnationis explicitè credendum (vt multi existimant:) ergo media quibus re ipsa sunt consecuti salutem, horumque mediorum præparatio in mente diuinæ supponebant præordinatio Incarnationis Christi: præordinatio autem Christi, non supponebat eorum prædestinationem: ergo prædestinationis Christi est prior.

*Angeli ina-*

*denter à Christo sunt præ-*

destinatis.

Posterior pars probatur: Quia si illis non fuit hoc mysterium reuelatum, impertinens fuit ad illorum prædestinationem: ita ut illorum prædestinationis non supponat huius mysterij præordinationem, nec contrà: & hoc forte est verius, magis videtur consentaneum testimonijs Patrum supra allatis num. 40. Et insinuat Apostolus prioris ad Corinth. 2. v. 7. cùm ait: Loquimur De sapientiam in mysterio, quam nemo Principium huius seculi cognovit: si enim cognouissent, numquam Dominum gloriam crucifixissent. Vbi per Principes huius sæculi, intelligit non solum Pilatum & Herodem, & Principes Sacerdotum: (vt quidam volunt) sed maximè & imprimis démones; vt exponunt Comentarij Ambroſij, Haymonis, Anfelij, D. Thomæ, Caetani, & aliorum, idque optimè probant Ambrosius & Caetanus. Vnde sequi videtur Angelis in via hoc mysterium non fuisse reuelatum; alioqui démones illud cognouissent. Neque illa necessitas nos cogit Christi prædestinationem ponere primam, aut Christum ponere primum prædestinationum, nisi inter homines; quorum prædestinationis ipse est causa.

61

Dices; Adamo est reuelatum hoc mysterium: ergo & Angelis. Antecedens probari potest testimonijs multorum Patrum. Et Confirmatur, quia peccatum Angelorum fuit appetitio vniuersitatis hypostaticæ.

Respondeo, Admissio antecedente, quamvis non sit adeo certum, vt docet Molina 1. p. q. 57. a. 5. negatur consequentia; quia est peculiaris ratio in Adamo, cùm ex eius semine Christus esset nasciturus, & ipsum cum tota posteritate redempturus. Ad confirmationem; forte verius est pec-

catum diaboli non fuisse appetitionem vniuersitatis *Quale* hypostaticæ; tum, quia id Patres non latuisset, *fuerit pec-*

*catum An-*

*gelorum.*

maxime notabile: tum, quia fortè tunc Angeli non poterant concipere qualis esset homo, cum peccauerint primo die; homo autem sit conditus sexto. Itaque videtur verius, peccatum eius fuisse superbiā conceptam ex consideratione sue pulchritudinis, & diuitiarum sapientiae & potentiae; quæ superbia consistebat in eo, quod iudicio práctico & voluntate ita se estimabat & ab alijs estimari volebat, ac si ea omnia a seipso, & non à Deo habuisset: quomodo superbi Reges consideratione sua potentiae & diuitiarum, se efferebant. Quod potest confirmari ex c. 28. Ezechielis, ubi sub typo Regis Tyri describitur peccatum Luciferi. Et Isaïe 14. ubi sub figurâ Nabuchodonosoris.

ARTICVLVS IV.

Vtrum principalius Christus Incarnatus fuerit propter peccatum originale, An actuale?

R Espondeo & Dico Primo, Christus venit ad 62 omnia peccata delenda: id est, ad exhibendum remedium sufficiens omnibus peccatis delendis. Est de fide ad Rom. 5. v. 15. Non sicut delictum, ita & donum &c. nam iudicium ex uno, in condemnatione, gratia ex multis (id est ex omnibus) delictis, in inflictionem, sc. proceſſit. Prima Ioannis 1. v. 7. Sanguis Iesu Christi emundat nos ab omni peccato. Et c. 2. v. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum; sed etiam pro totius mundi.

Ratio est: Quia Christus venit vt perfectus Redemptor & Salvator, qui nos in vitam æternam perducere: ergo venit ad tollenda omnia impedimenta vita æterna: atqui omnia peccata, non solum originale, sed & actualia, etiam venialia, sunt impedimenta salutis æternae: ergo &c.

Dico Secundo, Si peccata actualia conferantur cum originali; principalius venit propter originale. Ita D. Thomas hoc loco, & clarius in 3. dist. 1. qu. 1.

Probatur: Quia Scripturæ cum agant de Christi satisfactione, sèpè loquuntur de peccato singulari numero; quasi velint infinuare esse aliquod radicale peccatum, ob quod potissimum Dominus venerit. Patet hoc Ioan. 1. v. 29. Ecce Agnus Dei, Ecce qui tollit peccatum mundi. Ita enim habent Codices Græci. Et præter Patres Græcos, ita legunt Ireneus lib. 3. contra hæreses c. 11. August. l. 12. contra Faustum cap. 30. Cyprian. lib. de duplicitate Martyrio (quamvis certum sit hoc opusculum non esse Cypriani Martyris) & alij recentiores, vt Beda, Glossa &c. Ad Rom. 5. v. 15. Non sicut delictum, ita & donum. Qui locus usque ad finem capituli expendendus est. Et 1. ad Cor. 15. v. 22. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viviscuntur. Quibus locis, inter se confert obedientiam meritumque Christi, & peccatum Adæ: insinuans hæc potissimum inter se opponit, & alterum per alterum tollit. Isaïe 53. vers. 6. Posuit Dominus in eō iniquitatem omnium nostrorum.

Ratio

Ratio est; Quia peccatum originale inficit totam naturam; adeo ut ex se in infinitos homines dimanare, & omnes à statu gratiæ & spe beatitudinis deturbare posset; quod nulli peccato actuali conuenit. Accedit; quod originale in singulis hominibus est minus voluntarium, quam actualē, praterquam in Adamo. Vnde potius quam alia, misericordiam merebatur.

Dices; Vniuersa peccata actualia sunt maius malum, quam omnia peccata originalia omnium hominum; nam peccatum mortale actualē, longe gravius est intensiū, quam originale; quia est maior Dei iniuria, cui abolenda Christus venit; hinc peccatum mortiferum grauissimā pœnā punitur, originale mitissimā. Accedit quod longe plura sint actualia peccata, quam originalia, cum originale sit unicum in singulis, actualia interdum innumerabilia.

Respondeo; Esse quidem maiorem malitiam intonsiū in peccatis actualibus, quam originalibus: tamen quia illorum omnium radix est originale, & hoc actualibus extensiū est minus, eō quod non coērceatur vna persona, sed inficiat totam naturam, eamque priuet ultimo fine; ideo magis pertinebat ad bonum humani generis hoc deleri, quam alia. Sicut maius beneficium praefaret Republicæ, qui curaret leuem aliquem langorem, quo vniuersus populus laborat, ex quo postea grauissimi morbi nascuntur, quam qui curaret illos morbos, relicta radice.

## D V B I V M. I.

*Virum Christus fuisse venturus, si tantum fuisse peccatum actuale: Vt si Adam non peccasset, aliqui tamen ex eius posterioritate peccassent?*

64

*Christus non fuisse incarnatus propter unum solum.* Quidam existimant Christum venturum, etiam si unus tantum peccasset. Primo; Quia Apostolus ad Gal. 2. vers. 20. ait: *Qui dilexit me, et tradidit semini ipsam pro me.* Quod ctiam insinuat parabola de uee perditi Luc. 15. Secundo; quia tale quid videtur reuelasse sancto Carpo, vt refert Dionys. Areopag. epi. 8. ad Demophylum, vbi Carpo indignanti, quod quidam, qui à fide desciuerat, & alius qui illum peruerterat, non demergerentur in hiatum inferorum; Christus dixit se esse paratum iterum pro salutis hominibus pati. Sed haec sententia est parum probabilis. Ad primum, Respondeo; verba Apostoli tantum significare Christi redemptionem ita prodeſſe singulis, ac si pro singulis seorsim mortuus esset; vt exponit Chrysost. lib. 2. de compunctione cordis vltra medium, & August. lib. 3. confess. cap. 11. D. Thom. hic. ad 3. Vnde ita Domino gratias agere debemus, ac si pro nobis solis mortuus esset. Ouis autem perdita, est totum genus humanum, non autem unus homo. Ad secundum; Non dicitur ibi quod Dominus sit paratus iterum pati pro vno, sed in genere pro hominibus; nempe si opus foret. Deinde eti Christus ex parte sua sit paratus etiam pro vno pati, tamen non est verisimile Patrem hoc velle.

Alij dicunt Christum venturum, si valde multi peccassent, praesertim si peccatum parentum transmiseretur in posteros; tunc enim posteri alieno peccato perirent; ac proinde conueniens esset, vt

alieno merito redimerentur: ideo enim genus humaanum per alium redemptum fuit, quia per alios perierat. Vt D. Anselm. lib. 2. *Cur Deus homo.* c. 21. & Bernardus serm. 1. de aduentu.

Sed dicendum est nihil in hac re esse certi: esse tamen valde verisimile, Christum non venturum si ipse Adam non peccasset. Hoc enim insinuant Scriptura & Patres suprā num. 40. citati. Et imprimis illud Gregorij: *O vere necessarium Ad peccatum! o felix culpa, que talem meruit redemptorem!* Ratio est, quia si alii peccassent, peccata illorum non fuissent transfuſa in posteros, vt alibi diximus; quia non conueniebat vt aliorum voluntates, in alterius voluntate & arbitrio penerentur, quam eius, qui erat caput humani generis; aliqui fuisset valde misera posterorum conditio, si illorum salus à singulis parentibus tam periculose dependisset. Quare si Adam non peccasset, quicumque fuissent peccatores, propriâ voluntate peccassent, non aliena; qui fanē pauci fuissent; nam exemplum miseriae vnius aut alterius, reliquos reddidisset cautores. Credibile tamen est eos qui sic peccassent, non carituros fuisse omnī remedio; sed Deum aliquo modo illis prouirum.

## D V B I V M. II.

*Vtrum Christus fuisse venturus, si tantum fuisse peccatum originale, & nulla inde actualia fuissent secuta?*

66

Respondeo; Quæſtio ſupponit id quod moraliter eft impoſſible; Nam fieri nequit sine speciali priuilegio, vt peccatum originale ita comprimiratur, vt nulla inde emergant actualia. Concedit tamen eiūſmodi hypothēſi, omnino verisimile eft Christum fuſſe venturum: quia totum genus humanum fuſſe perditum & obnoxium æternæ damnationi, ſaltē pœnae damni: vnde decuifſet illud reparari. Hoc autem non poterat fieri ſecundū exactam iuſtitiam, niſi meritis Filij Dei. Confirmatur primò; quia Patres pafſim docent mysterium hoc decretum ex præuifione peccati Adami, quo introductum eft originale: vnde non videntur agnoscere necessariam dependentiam ex præuifione peccatorum actualium. Confirmatur Secundò, Quia Apostolus ad Roman. 9. & prioris ad Coriuth. 15. indicat Christum veniſſe ad tollendam condemnationem inducētam vnius delicto, ſcilicet Adami: ergo &c.

*Christus venturus fuisse obſolum originale.*

## ARTICVLVS V.

*Virum conueniens fuerit Christus incarnari ab initio mundi?*

67

Respondeo & Dico Primo, Non fuiffe conueniens vt affumeret carnem statim ante peccatum. Ratio eft; Quia Non eft opus valentibus Medicus, ſed male habentibus, Matth. 9. v. 12.

Dico Secundò, Neque etiam erat conueniens vt affumeret carnem statim post peccatum Adæ. Quod probat D. Thomas quatuor coniecturis, In incarnatione no debebat fieri statim a peccato Adæ.

B b iiiij. rim

rimi præcones antecederent, qui cum varijs signis, oraculis, & ceremonijs, mentibus hominum repræsentarent: tum, vt ardentius ab illis desideraretur & suscipetur; tum, vt firmius postea teneretur. Ita D. August. tract. 31. in Ioannem. Secundò, non erat conueniens ratione diuinæ iustitiae, quæ postulabat vt Deus ostenderet, quantum sibi peccatum Adæ displiceret. Sicut enim yno homine peccante Deus interdum illi irascitur, vt illi grauitatem peccati ostendat; ita etiam peccante in Adamo toto humano genere, vt Deus ostenderet quantum displiceret peccati, se dñi toti humano generi iratum ostendit. Ita D. Bonavent. in 3. dist. 1. art. 2. q. vlti Tertiò; Ratione ipsorum hominum, quos oportebat disponi ad tantum Regem suscipiendum. Dispositi autem sunt dupliciter; primò directè, nempe per legem naturalem, Deinde per legem scriptam, ceremonias & prophetias. Secundò indirectè, per considerationem suæ imbecillitatis, dum viderunt se adminiculis prioribus non potuisse saluari: hoc enim occasio illis fuit ardenter Christum desiderandi. Ita Augst. lib. 19. contra Faustum cap. 7. & D. Leo serm. 3. de Epiphania. Et credibile est nisi sic homo dispositus fuisset, quod non diu fidem & religionem tenuisset, præsertim in superbâ illâ & robustâ naturâ, qualis erat ab initio: vnde pauciores longè fruissent saluati. Quartò, Ratione naturalis ordinis humanae naturæ accommodati, qua requirit, vt successivis incrementis in bonum promovatur; Tuxta illud Apostoli 1. ad Corinth. 15. vers. 46: Non prius quod spiritale est, sed quod animale. Vnde primò tantum data est lex naturæ, deinde lex Moysi, postea expressiores prophetiæ, tandem lex Euangelica. Ita Gregorius Nazianz. in sermone de Paschate. Et Theodoretus de curandis Graecorum affectibus:

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum Incarnatio debuerit differri usque ad finem mundi?*

R Espondetur negatiuè. Probatur tribus conjecturis: Prima, quia Incarnatio est causa

## QVÆSTIO SECUNDA.

De modo vniōnis Verbi Incarnati.

*In duodecim articulos divisæ.*

**P**ostquam ostendit D. Thomas huius mysterij conuenientiam, necessitatem & finem præcipuum; incipit explicare eius naturam, maximè ex causis suis intrinsecis. In quibus autem re, quæ ex plurimis vniōne resultat, quatuor potissimum considerari possunt: Primò, quid sit illud quod ex vniōne resultat. Secundò, qualis sit ipsa vniō: quæ duo hac questione secundâ explicantur, additis quibusdam de causâ eius meritoria. Tertiò, considerantur res ipse quæ vniuntur, & ordo illarum; quod explicatur questione tertiatâ, quartâ, quintâ, & sextâ. Quartò, proprietates quæ ex vniōne consequuntur, à questione septima & deinceps.

salutis humanæ; causa autem non debet esse posterior, sed potius prior suis effectis; alioquin paucissimi fuissent saluati. Secunda, quia si tam diu fuisset dilata Incarnatio, Dei notitia & reuerentia, morumque honestas penitus intercidissent, & ita vix vlli Christum suscepissent. Tertia, quia conueniebat vt homines pluribus modis ad salutem promouerentur; nempe non tantum fide Christi futuri, sed etiam praefatis, & maximè præteriti: sic enim diuina virtus & sapientia magis declaratur.

Dices: Scripturæ docent Christum venturum in carne, nouissimus diebus. Isaia 2. vers. 2. Erit in nonissimis diebus preparatus mons domus Domini, id est, Christus super quem domus Domini, id est, Ecclesia ædificatur. Idem habetur Michæl 4. Respondeo totum tempus gratiæ in Scripturis dicitur nouissimum, & nouissima ètas; Tempus quia nulla alia lex, aut sacerdotium, aut Sacra-dicatur, menta, cultus Religiosus debet succedere; sed Nouissimum, hæc omnia usque ad finem saeculi durabunt. Vnde ad Galat. 4. vers. 4. dicitur Plenitudo temporis, quia omnes prophetiæ in hoc sunt implætae. Prioris ad Corinh. 10. vers. 12. vocatur, Fines seculorum. 1. Ioan. 2. vers. 18. Nouissima hora. Matth. 20. vers. 6. Vnde tempora horâ, iuxta expositiones Patrum. In hymno Ecclesiæ, Vespa- mundi, & D. August. lib. 1. de Genesi contra Manichæos cap. 23. vocat Senectutem mundi. Alibi tamen, scilicet lib. 83. q. 9. q. 44. vocat Mundi iuuentutem propter fiduci feruorem & gratiæ vigorem, vt exponit ipsem lib. 1. Retract. cap. 26.

Ex dictis duobus articulis sequitur conuenienti tempore Christum venisse, nempe in medio peregrinationis humanae. Sicut enim cor est in conuenienti medio hominis, vt omnibus membris vitam impetrat; ita Christus, qui est velut cor generis humani, debuit quodammodo esse in medio; vt & superiora & inferiora ab ipso vitam accipiunt. Vnde Habacuc 3. vers. 2. Domine opus tuum in medio annorum, vivifica illud. Id est, excita, perfice opus illud eximium nostræ redēptionis in medio annorum captiuitatis & peregrinationis nostra.

## ARTICVLVS I.

*Vtrum vniōne verbi Incarnati fuerit facta in natura? id est. Vtrum ex vniōne Verbi & humana natura, resultauerit aut constituta fuerit una natura?*

R Espondetur negatiuè. Hoc loco tractanda est prima controvèrsia contra Hæreticos de hoc mysterio.

DVB.